

DUBIUM IV.

De Satisfactione.

ARTICULUS I.

QUAE EJUS NECESSITAS ET QUANTITAS.

506. Quomodo satisfactio sit necessaria. Et an sit venialis ejus omissio in culpis venialibus. — 507. Quibus casibus possit imponi levis poenitentia. Et an possit minui propter illud: Quidquid boni feceris, etc. — 508. Quando licite imponatur poenitentia minor justo. Quanta debeat esse juxta Tridentinum. — 509. An sit justa causa minuendi poenitentiam prudens timor ut poenitens eam impleat. — 510. Autoritates circa hoc punctum. — 511. An possit injungi pro poenitentia ingressus religionis aut susceptio status conjugalis. — 512. An et quando possit vel debeat imponi poenitentia publica. — 513. Dub. 1. An possit injungi opus alias debitum. Dub. 2. An poenitentia mox ante imposta. — 514. An possit imponi opus internum. Et an opus pro defunctis. An cessionis ab aliquo bono opere. An poenitentia possit imponi post absolutionem. — 515. Sub qua obligatione poenitens teneatur acceptare et implere poenitentiam. — 516. Dub. 1. An poenitens teneatur sub gravi acceptare et implere poenitentiam justam. Quid, si sit gravior justo. — 517. Dub. 2. Quid, si sit imposta pro venialibus aut mortalibus confessis. — 518. Dub. 3. An confessarius pro culpis gravibus possit dare poenitentiam gravem sub obligatione levi. — 519. Dub. 4. An tempore jubilaei vel indulgentiae plenariae confessarius possit omittire impositionem poenitentiae. — 520. Dub. 5. An si poenitens oblitus sit poenitentiae, teneatur repetere confessionem ut eam recipiat. — 521. Poenitens implens poenitentiam in mortali. — Quae dilatio sit mortalis in implenda poenitentia. — 522. Dub. 1. An existens in mortali possit satisfacere poenitentiae. — 523. Dub. 2. An peccet satisfaciens in mortali. — 524. An possit imponi poenitentia sub conditione si relabatur. — 525. An transacto tempore praescripto destinat obligatio implendi poenitentiam. — 526. An poenitentia possit impleri per alium. — 527. An poenitentia sit implenda ante communionem. — 528. Quis et quomodo possit commutare poenitentiam. — 529. Dub. 1. An poenitens teneatur eo casu repetere confessionem. Dub. 2. Quid, si poenitentia fuerit imposta pro peccatis reservatis. Dub. 3. An confessarius possit commutare poenitentiam extra confessionem. — 530. Adnotantur principaliores canones poenitentiales.

Satisfactio
imponenda
necessitate
praece-
pti.

506. — « Resp. I^o. Satisfactio, seu poenitentia a confessario data, est necessaria necessitate, non sacramenti, sed praecepti. — Ideoque a confessario regulariter imponenda est: secundum Suarez et Reginaldum¹, sub mortali. Cardinalis tamen de Lugo² concedit ex parvitate materiae posse venialiter peccari, v. gr. si ob peccata venialia levissima non esset injungenda; ejus enim voluntariam omissionem veniale tantum esse. [Et probabilem putant Salmant.³ cum Dicastro, etc.]. « Ita etiam Diana⁴. — Et quidem proportionata tum peccatis tum facultati poenitentis.

« Ratio prioris est, quia est pars sacramenti, non essentialis, sed integralis

tantum, habens effectum ex opere operato, et majorem vi sacramenti quam sine eo. — Ratio posterioris: tum ex Tridentino⁵; tum quia sacerdos tenetur curare integritatem sacramenti, et tam vindicare quam mederi. Bonacina⁶.

« Unde resolves:

507. — « I^o. Excusatur aliquando confessarius, si levissimam (vel etiam nullam) poenitentiam injungat, v. gr.: « 1^o. Si poenitentem vehementissime contritum aut aliter satisfecisse advertat. Cajetanus, Navarrus, Suarez, Reginaldus, Bonacina⁷, Escobar⁸. — Cum vero id raro vel nunquam constare satius possit, tutius est» [Imo necessarium, ex Salmant.⁹ cum Palao et Coninck]

Causae
imponendi
levissimam
poenitentiam.

¹ Suar., disp. 38, sect. 3. — ² Lib. 7, n. 12. — ³ Disp. 25, n. 49. — ⁴ Tr. 6, cap. 10, n. 19. — ⁵ Dicast., disp. 14, dub. 2, n. 12. — ⁶ Part. 6, tr. 6, resol. 44. — ⁷ Sess. 14, de Poenit., cap. 8. — ⁸ Loc. cit., qu. 5, sect. 3, punct. 2. — ⁹ Cajetan., Sum., v. Satisfactio. — Navar., Man., cap. 26, num. 21. —

¹ Suar., disp. 38, sect. 3, v. Dico 3. — Regin., lib. 7, n. 11. — ² Qu. 5, sect. 3, punct. 2, n. 4. — ³ Tr. 7, exam. 4, cap. 6, n. 81 (al. n. 34), v. Teneturne. — ⁴ Tr. 6, cap. 10, n. 22. — ⁵ Palau, tr. 23, punct. 21, § 2, n. 8. — ⁶ Coninck, disp. 10, dub. 8, num. 63.

« aliquam semper injungere; ut recte monet card. de Lugo^a.

« 2^o. Si poenitens sit mentis impos aut aliter impotens, aut morti proximus, aut valde debilis. Cui tamen prudenter injungi levem saltem poenitentiam, v. gr. percussionem pectoris, invocationem non minis Jesu (saltem corde) aliosve pios motus, vel ut per haeredes sacrificia, eleemosynas et similia opera pia curet, monent Suarez, Laymann et Bonacina¹; et Navarrus, qui addit posse injungi ut patienter ferat infirmitatem: quod tandem Bonacina² non probat; cum fieri possit ut id valde angat infirmum, timet mentem se non rite satisfacere». [Nota hic quod habetur in Rituali Romano: *Aegris non esse injungendam gravem... poenitentiam, sed indicendam tantum illam quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant.* Et idem dicitur in can. Ab infirmis, [caus.] 26, qu. 7. Dicunt autem Salmant.³ et Dicastro⁴ quod si infirmus potest satisfacere per eleemosynas, hae imponendas sunt a confessario].

« 3^o. Quando scrupulosus saepius intra eamdem horam reddit cum novis culpis; quia supponitur satis imposta in praecedentibus. — Tamburinius⁵ ex Fagundez.

« II^o. Etsi confessarius peccet (ex communis), si pro magnis peccatis valde parvam poenitentiam imponat; excusari tamen eum posse putat Diana⁶, si addat

^a Suar., disp. 38, sect. 3, v. Dico 3. — Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 15, n. 13. — ¹ Qu. 5, sect. 3, punct. 2, n. 2. — ² Navar., Man., cap. 26, n. 21; et in cap. *Si quis*, de poenit., dist. 7, n. 31. — ³ Loc. cit. — *Rit. Rom.*, de Sacr. Poenit., § Ordo ministrandi, i. f. — ⁴ Tr. 6, cap. 10, n. 21. — ⁵ Disp. 14, dub. 2, n. 14. — ⁶ Method. Confess., lib. 4, cap. 1, n. 5. — ⁷ Fagund., de 2^o praec. Eccl., lib. 9, cap. 3, n. 9. — ⁸ Part. 3, tr. 4, resol. 97; cfr. part. 6, tr. 7, resol. 5. — ⁹ Disp. 25, n. 57. — ¹⁰ Pal., tr. 23, punct. 21, § 3, n. 18. — ¹¹ Part. 6, loc. cit.; et part. 9, tr. 9, resol. 54. — ¹² Bauny, Theol. mor., part. 1, tr. 4, qu. 11, de Satisfact. — *Leander*, de Sacram., tr. 5, disp. 9, qu. 109. — ¹³ Qu. 13, sect. 7, v. *Tertio*. — ¹⁴ De Poenit., qu. 6, art. 1, n. 3. — ¹⁵ Thom., Quodlib. 3, art. 28. — ¹⁶ Man., cap. 26, num. 11 et 23; cfr. etiam in cap. *Qui vult*, de poenit., dist. 6, num. 86 et 87; et in cap. *Falsas*, de poenit., dist. 5, num. 11. — ¹⁷ Tr. 8, cap. 2, num. 47. — ¹⁸ Tract. 6, cap. 10, num. 35. — ¹⁹ De Poenit., n. 248. — ²⁰ Part. 3, cap. 4, n. 569. — ²¹ De Sacr. Poenit., n. 610. — ²² Regin., lib. 7, num. 23. — ²³ Stos, lib. 2, num. 115. — ²⁴ Loc. cit., n. 3. — ²⁵ Loc. cit.

507. — a) Quamvis Lugo, loc. cit., n. 48, notam hanc non habeat, quidquid dicat Bussenbaum, sed solum asserat hoc raro vel nunquam posse constare; attamen totum asserunt habent Suarez, Reginaldus et Bonacina, locis cit.

b) Coninck et Tanner a Diana allegantur tamquam negantes ea verba communia *Quidquid boni feceris, etc.*, efficere ut omnia opera bona postmodum facta, ex opere operato remittant poenas pro peccatis debitas. At falsa

Per ver-
ba: *Quid-
quid boni
feceris, etc..*

Omnia bo-
na opera e-
levantur ad
satisfac-
tionem sacra-
mentalem.

ris, etc.... *Et quantum ad hoc, talis satisfactione est sacramentalis, in quantum virtute clavium est culpae commissae expiativa.*

Causae
minuenda
poenitentia-

508. - « III^o. Minor justo liceat datur ex causa; qualis v. gr. est: 1^o. Magna con- « trito ». [Nisi poenitentia sit necessaria ad medicinam]. « 2^o. Fragilitas animi vel « corporis, ob quam timetur majorem non « impleturus. 3^o. Tempus jubilaei vel in- « dulgentiae plenariae. — Ita Suarez, Hen- « riquez, Laymann ».

Per se
loquendo,
imponen-
da poeni-
tentia pec-
catis condi-
gna.

Certum est confessarium teneri, ut judicem et ut medicum, imponere poenitentibus satisfactionem, per se loquendo, peccatis condignam: ut judici enim, incumbit infligere poenas delictis commensuratas; et ut medico, praescribere pharmaca idonea tam morbis contractis curandis quam in posterum vitandis. Ita ex Tridentino¹, ubi dicitur: *Debet ergo sacerdotes Domini, quantum spiritus et prudentia suggesterit, pro qualitate criminum et poenitentium facultate salutares et convenientes satisfactiones injungere: ne, si forte peccatis conniveant et indulgentius cum poenitentibus agant, levissima quaedam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem prae oculis ut satisfactio quam imponunt non sit tantum ad novae vitae custodiā..., sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam et castigationem.* — Ergo tenetur poenitens, tam ad integrandum sacramentum, quam ad satisfaciendum divinae justitiae exigenti reparationem injuria sibi illatae, poenalem satisfactionem Deo exhibere.

Hinc bene advertit Catechismus Romanus²: *Ut... poenitentes suorum scelerum gravitatem magis agnoscant, operaे premium erit eis interdum significare, quae poenae quibusdam delictis, ex veterum canonum praescripto (qui poenitentiales vocantur) constituta sint.*

509. - Diximus: *per se loquendo*. Nam per accidens confessarius minuet poenitentias propter justas causas, mox supra a Busenbaum descriptas, et signanter (prout communiter DD. docent) propter animi infirmitatem qua laboret poenitens, et ob quam censeatur satisfactionem proportionatam non impleturus. Ita D. Thomas³ (cujus verba inferior referuntur), Suarez⁴ cum communi, Navarrus⁵, Anacletus⁶, Toletus⁷, Abelly⁸, Elbel⁹, Laymann¹⁰, Palau¹¹, Salmant.¹²; ac alii passim etiam rigidioris sententiae sectatores, ut Habert¹³, Petrocorensis¹⁴ et Natalis Alexander¹⁵. Ratio, quia, tametsi juxta divinae justitiae rationem exigatur satisfactione peccatis adaequata; tamen, ex divina clementia, habenda est ratio virium poenitentium tam corporis quam animi. Ideo dicitur in Tridentino: *Divinam clementiam decet ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur.* Nota illud *absque ulla satisfactione*; ergo Deus non omnimodam satisfactionem, sed aliquam ex sua clementia tantum exposcit. Et hoc facit id quod dixit D. Thomas¹⁶: *Si contingat quod sacerdos minorem satisfactionem imponat..., nihilominus poenitens ad aliquid ulterius obligatur; quod si in hac vita non perficiet, in purgatorio exsolvet.*

Nec obstat quod in Tridentino¹⁷ praescribatur poenitentia injungenda esse pro qualitate criminum. — Nam ibidem simul dicitur (ut supra relatum est) ut satisfactiones imponantur, *quantum spiritus et prudentia suggesterit, pro qualitate criminum et poenitentium facultate salutares et convenientes.* Nota rō *pro poenitentium facultate*, id est spectata illorum infirmitate corporis et animi: et nota rō *salutares et convenientes*. — Unde recte ait auctor de Officiis confessarii¹⁸ apud Croix: *Salutares... non sunt (satisfactiones) quibus prae gravitate... vix pares esse poenitentes videantur..., adeoque ut... in eorum... perniciem... vertant. Sic etiam explicat Abelly¹⁹ verbum illud *salutares*:*

Minuenda
proper in-
firmita-
tem poeni-
tentis.

Suar., disp. 38, sect. 3, n. 4; sect. 4, n. 4; et sect. 10, n. 10. — Henrig., lib. 7, cap. 17, n. 1; et lib. 5, cap. 21, num. 2. — Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 15, n. 12. — ¹ Sess. 14, de Poenit., cap. 8. — ² De Sacram. Poenit., num. 79. — ³ Suppl., qu. 18, art. 4, corp. — ⁴ Disp. 38, sect. 4, n. 4. — ⁵ Man., cap. 26, num. 22. — ⁶ Tract. 14, dist. 10, num. 25. — ⁷ Lib. 3, cap. 11, num. 5, v. Tertio. — ⁸ De Poenit., sect. 25, n. 3. — ⁹ Sacram. part. 2, confer. 9, de Satisfact., in fine.

Id est (ait) utiles... ad salutem poenitentium. Quod ut praestet confessarius, debet... hoc solum ob oculos habere..., ut poenitentis saluti consulat.

510. - Apposite etiam Antoine, quavis hic auctor merito enumeretur inter scriptores rigidiores nostri temporis, tamen¹ sic dicit: *Satisfactiones vindicatae..., ut sint salutares et convenientes, debent esse proportionatae, non solum multitudini et gravitati peccatorum, sed etiam facultati, conditioni et dispositionibus poenitentis...*

Neque enim salutares sunt poenitentiae tam graves ac diuturnae, ut, spectata poenitentis fragilitate, periculum sit ne eas omittat: nam tunc in ejus exitium verterentur. In hoc autem sacramento magis intenditur emendatio et salus poenitentis quam satisfactio pro poena. Si ergo expediatur ad bonum spirituale poenitentis, potest imponi leviior poena quam mereatur... Quare S. Antoninus² ait: Debet confessor dare talem poenitentiam quam credit verisimiliter illum (poenitentem) implere, ne ipsam violando deterius ei contingat... — Confessarius igitur poenitentem interroget an possit poenitentiam sibi injunctam peragere; alioquin eam pro sua prudentia immetut aut minuat, ait Rituale Parisiense. Ita Antoine.

Idem sentit Gonet³, ubi inquit: *Ex rationabili causa potest interdum confessarius leviorem poenitentiam injungere, ut, si poenitens gravi morbo sit oppressus..., vel si sit periculum quod a confessione deterreatur, aut poenitentiam injunctam non adimpleat.* — Unde Gersonius⁴ dicit: *Tutius est cum parva poenitentia, quae sponte suscipitur et verisimiliter adimpleretur, ducere confessos in purgatorium, quam cum magna non implenda praecipitare in infernum.* — Et Cajetanus⁵ ait: *Debiliter... dispositis detur satisfactio par-*

¹ Cap. 1, art. 3, qu. 1, resp. 2, n. 3. — ² Part. 3, tit. 17, cap. 20. — *Ritual. Parisiense*, de Sacr. Poenit., init., § *Ubicumque*. — ³ Man., tr. 5, cap. 7, v. *Collig.* 2. — ⁴ Reg. mor., n. 188, (de Poenit.). — ⁵ Sum., v. *Satisfactio*. — ⁶ In 4, dist. 15, qu. 1, n. 14, v. *Quia ergo*. — ⁷ Ordo ministrandi Sacr. Poenit., v. *Postremo*, num. 18. — ⁸ Lib. 1, diss. 5, col. 878. — ⁹ Loc. cit.

510. - ^{a)} Haec verba desumpta sunt ex Scoto, in 4, dist. 15, qu. 1, n. 14, v. *Quia*

vula, et parvulus ignis foveatur apposita palea, et non suffocetur appositis magnis lignis desuper.

Item Scotus⁶, loquens de poenitente qui animo est infirmus, ait: *Si adeo est delicatus quod non velit jejunium adimplere, imo si nullam poenitentiam vult recipere, absolvendus est et non respondebit, ne cadat in desperationem.* Et sic demum concludit: *Illud sibi imponendum quod libentius recipit et quod creditur impleturus⁷.*

Idque confirmatur ex Rituali Romano⁸, ubi dicitur: *Postremo (confessarius) salutarem et convenientem satisfactionem, quantum spiritus et prudentia suggesterint, injungat, habita ratione status, conditionis, sexus et aetatis, et item dispositionis poenitentium. Nota rō dispositionis.*

S. Carolus Borromaeus (apud Concina⁹) sic prescrivit: *Canonum poenitentias, ut tempora ferunt, pro caritate et prudentia sua (sacerdos) minuet, prout peccatorum circumstantiae requirent, in quibus rationem habebit contritionis... Nec vero putent sua peccata levia esse, quia parva illis poenitentia data est; sed hoc factum esse, ne eam quae pro culparum ratione injungenda erat (nota) deserant cum periculo salutis suae. Proinde poenitentes ideo hortandi erunt ut, praeter opera imposita, plura etia praeferantur.* — Additque idem S. Archiepiscopus: *Talem imponet (poenitentiam) qualiter ab eo (poenitente) praestari posse judicet. Proinde aliquando, si ita expedire viderit, illum interroget an possit anve dubitet poenitentiam sibi injunctam peragere; alioquin eam mutabit aut minuet.*

S. Joannes Chrysostomus¹⁰ sic ait: *Eis erramus modicam poenitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam rationem dare quam propter crudelitatem?* Item¹¹: *Si enim fascem super hu-*

cap. 6, num. 14. Cfr. S. Carol. Borrom. Instruct. Poenit., § De modo impon. poenit. — S. Carol. Borrom., Instr. Poenit., § De Modo impon. poenit. — ⁹ Opus imperf., homil. 43, ex cap. 23 Matth., ad v. 4. (Inter opera spuria S. Chrysost., ap. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 56, col. 878). — ¹⁰ Loc. cit.

ergo, cuius mentem revera praeferunt, licet non totum textum exhibant.

meros adolescentis quem non potest bajular posueris, necesse habet ut aut fascem abjiciat, aut sub pondere confringatur: sic et homini (nota) cui grave pondus poenitentiae ponis, necesse est ut aut poenitentiam tuam rejiciat, aut suscipiens, dum sufferre non potest, scandalizatus amplius peccet. Idque confirmat S. Doctor ex eo quod scribit Apostolus (II. Cor. II, 6 et 7): *Sufficit illi qui ejusmodi est objurgatio haec, quae fit a pluribus: ita ut e contrario magis donetis et consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui ejusmodi est.* Unde Chrysostomus¹ sic prosequitur: *Ex ea re docemur quod non solum ad peccatorum naturam, verum etiam ad mentem habitumque peccantium oporteat moderari poenitentiam.*

Confirmat D. Thomas² (cujus regulam dicit Concina³ servandam esse in imponendis poenitentiis), dicens: *Poenae satisfactioniae in canonibus determinatae non competunt omnibus, sed variandae sunt secundum arbitrium sacerdotis.... Sicut ergo medicus aliquando prudenter non dat medicinam ita efficacem, quae ad morbi curationem sufficiat, ne propter debilitatem naturae majus periculum oritur; ita sacerdos, divino instinctu motus, non semper totam poenam quae unum peccato debetur injungit, ne infirmus aliquis ex magnitudine poenae desperet et a poenitentia totaliter recedat.* Et quod hic S. Doctor non solum loquatur de imbecillitate corporis, sed etiam animi poenitentis, patet ex contextu ejusdem articuli. — Et clarius⁴, ubi dicit: *Videtur autem satis conveniens, quod sacerdos non oneret poenitentem gravi pondere satisfactionis. Quia, sicut parvus ignis a multis lignis superpositis de facili extinguitur; ita posset contingere quod parvus affectus contritionis in poenitente nuper excitatus, propter grave onus satisfactionis extingueretur, peccatore totaliter desperante.* Unde melius est quod sacerdos poenitenti indicet quanta poenitentia esset sibi pro peccatis injungenda, et injungat sibi nihilominus aliquid quod poenitens tolerabiliter

ferat: ex cuius impletione assuefiat, ut majora impleat quae etiam sacerdos sibi injungere non attentasset. Et haec quae praeter injunctionem expressam facit, accipiunt majorem vim expiationis culpea praeteritae ex illa generali injunctione qua sacerdos dicit: *Quidquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum.* — Et idem Angelicus⁵, postquam dixit: *Sacerdos... non imponat poenitentiam ita gravem..., ut poenitens totum dimittat...; nec ita levem..., ne... contemnat peccatum;* deinde addit: *Tamen tutius est imponere minorem debito quam maiorem: quia melius excusam apud Deum propter multam misericordiam quam per nimiam severitatem..., quia talis defectus in purgatorio supplebitur.*

Idem fortius insinuat S. Antoninus⁶, ubi ait: *Est autem satis rationabilis causa non dandi hujusmodi poenitentias indispositio poenitentium, etiam quia aliquando non sufficeret tempus vitae; nam (ut dicunt Raymundus et Hostiensis) debet confessor dare talem poenitentiam quam credit verisimiliter illum implere: ne, ipsam violando, deterius ei contingat. Quod si magna peccata commisisti, et dicit se poenitere, sed non posse aliquam duram poenitentiam agere, animet eum ad hoc confessor, ostendendo ei gravitatem peccatorum, et per consequens poenarum...; et sic tandem injungat ei poenitentiam quam libenter suscipiat. Et si sacerdos non potest gaudere de omnimoda purgatione ejus, saltem gaudeat quod liberatum a gehenna transmittit ad purgatorium. Itaque (ut inquit Hostiensis) confessor nullo modo debet permittere peccatorem desperatum recedere a se...; sed potius imponat ei unum Pater noster vel aliud leve, et quod alia bona quae fecerit et mala quae toleraverit sint ei in poenitentia: concordat Thomas. Hoc tamen sane intellige, videlicet quia si alias ipsum poenitet, et paratum dicit se facere quod debet, sed onus poenitentiae dicit non posse sufferre; tunc propter hoc, quantumcumque deliquerit, non debet dimittere sine absolutione, ne*

¹ Homil. 4 in epist. II ad Cor., num. 4. (cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 61, col. 422). — ² Suppl., qu. 18, art. 4. — ³ Lib. I, diss. 5, cap. 6, n. 12. — ⁴ Quodlib. 8, art. 28. — ⁵ Opusc. 65, de Offic. sacerdot., § De cautela in

confess. habenda. — ⁶ Part. 3, tit. 17, cap. 20. — S. Raymundus, Sum., lib. 8, tit. 34, § 4. — Hostiens., Sum., tit. de poenit. et remiss., n. 58, v. *Quid de operibus.* — Hostiens., loc. cit.

desperet. Hucusque S. Antoninus. — Ex quo sequitur quod confessarius non debet permettere ut poenitens recedat sine absolutione, eo quod nolit acceptare debitam poenitentiam; sed potius imponat satisfactionem quam ille libenter suscipiat et verisimiliter impleat.

Hinc probabiliter dicunt Salmant.¹, Croix² et Lugo³ ex D. Antonino (ut supra) quod est causa etiam satis justa minuendi poenitentiam, ut poenitens majori amore afficiatur erga sacramentum. — Sic pariter loquitur auctor Petrocorensis⁴: *Studendum maxime est ut (poenitentes) necessarias poenitentias sine magno incommodo et absque confusione adimplere possint; experientia quippe quotidiana docemur, importunas et nimis onerosas satisfactiones poenitentium animos frangere et ab eam executione removere.* Et card. de Lugo⁴ sic ait: (Poenitentia) debet esse salutaris et conveniens: *hoc est, primo loco attendi debet ad utilitatem... poenitentis, ne scilicet laquei ipsi injiciantur, ut nova peccata committat. Et ex hoc potissimum capite excusari potest hodierna praxis, quae leves poenitentiae imponuntur pro gravissimis peccatis; id enim saepe fit propter spiritualem infirmitatem poenitentium, qui gravioribus poenitentiis scandalizabuntur, et vel confessionem fugient, vel certe confessarios ineptos adibunt.... Monendi tamen sunt poenitentes de insufficientia satisfactionis injunctae.* — Quapropter sapienter advertit S. Thomas de Villanova⁵: *Hoc iudicio meo ita perficies, si facilem unam (poenitentiam) injunxeris et acriorem alteram... consulueris.* Optima praxis.

Impruden-

ter im-

pone-

nuntur po-

ne-

non im-

plete-

re-

Nec poenitentia publica pro peccato occulto.

512. - Quod ad secundum spectat, poenitentiam publicam certum est non posse pro peccato occulto imponi; ut adjunt communiter Palaus¹, Croix², Elbel³ et alii passim. Quia, ut docent S. Thomas⁴, Navarrus, Suarez, Vasquez, etc., apud Elbel, per hoc indirecte revelaretur sigillum: idque expresse prohibet Rituale Romanum, dicens: *Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam poenitentiam non imponant.*

Pro peccato autem publico, dubitatur an possit publica imponi poenitentia.

Negant Navarrus, Sà⁵, Reginaldus⁶, et Beja, apud Palaum⁷; quia haec esset manifestatio confessionis et violatio sigilli.

Sed communiter posse affirmant Palaus⁸, Suarez⁹, Bonacina¹⁰, Croix¹¹, Roncaglia¹², Antoine¹³, Salmant.¹⁴, Holzmann¹⁵, Elbel¹⁶; et Escobar¹⁷ cum Coninck, Vasquez et Henriquez. Idque expresse docuit D. Thomas¹⁸, ubi dixit oportere ut peccatum publicum publicum habeat medicinam. — Probatur ex cap. *Manifesta 1, de poenit. et remiss.*, ubi dicitur: *Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Et ex Tridentino¹⁹, ubi: Huic (id est publico peccatori) condignam pro modo culpe poenitentiam publice injungi oportet. (Et in hoc loco loqui concilium etiam de foro sacramentali intelligunt plurimi ex auctoribus cattatis; contra Navarrum, qui intelligit, non sine quidem aliquo fundamento, ut mox infra dicetur, de foro externo).* — Nec

¹ Tr. 23, punct. 21, § 3, num. 5. — ² Lib. 6, part. 2, n. 1265. — ³ Confer. 9, de Satisfact., n. 236. — ⁴ *Navar.*, Man., cap. 8, n. 10. — ⁵ *Suar.*, disp. 38, sect. 6, n. 3. — ⁶ *Vasq.*, qu. 94, art. 2, dub. 2, n. 8. — ⁷ *Elbel*, loc. cit. — ⁸ *Rit. Rom.*, de Poenit., § Ordo ministrandi, v. *Pro peccatis*, n. 21. — ⁹ *Navar.*, loc. cit.; et in cap. pen. *Sacerdos*, n. 87 et seqq., de poenit., dist. 6. — ¹⁰ *Beja*, Resp. cas., part. 3, cas. 1, v. *Infertur praeterea*. — ¹¹ Loc. cit., n. 5. — ¹² Loc. cit. — ¹³ Disp. 38, sect. 6, n. 3. — ¹⁴ De Sacr. Poenit., n. 11. — ¹⁵ Confer. 9, de Satisfact., n. 238. — ¹⁶ Lib. 17, n. 153 et 154. — ¹⁷ Coninck, disp. 10, dub. 8, n. 74. — ¹⁸ *Vasq.*, qu. 94, art. 2, dub. 2, n. 2. — ¹⁹ *Henriq.*, lib. 5, cap. 21, n. 6. — ²⁰ In 4, dist. 14, qu. 1, art. 5, solut. 1. — ²¹ *Sess. 24*, de reform., cap. 8. — ²² *Navar.*, Man., cap. 8, n. 10. — ²³ Tr. 23, punct. 21, § 3, n. 5. — ²⁴ Tr. 6, cap. 10, n. 39. — ²⁵ Tr. 19, qu. 4, de Satisfact., cap. 1, qu. 7. — ²⁶ Lib. 17, n. 154. — ²⁷ In 4, dist. 14, qu. 1, art. 5, solut. 1. — ²⁸ Loc. cit., cap. 1, reg. in praxi, n. 6. — ²⁹ Loc. cit., n. 39. — ³⁰ Aversa, qu. 13, sect. 3, v. *Quarto*. — ³¹ In cap. *Manifesta*, n. 19.

ut intret religionem etiam invitus, si reciderit.

512. — ^{a)} S. Thomas non recte pro hac ratione ab Elbel (ex aliis auctoribus tamen) allegatur; eam enim non proponit.

^{b)} Sà, v. *Satisfact.*, n. 12, id ex Navarro habet, cuius sententiam recitative tantum exponit.

obstat dicere quod talis publica poenitentia esset manifestatio confessionis. Nam, cum illa imponatur de consensu poenitentis necessario praestando si vult absolvi, manifestatio illa potius provenit ex libera actione poenitentis quam ex pracepto confessarii.

Hinc dicunt Palaus¹⁷, Salmant.¹⁸, Roncaglia¹⁹ et Escobar²⁰ ex D. Thoma²¹, confessarium non solum posse, sed etiam aliquando teneri hanc publicam poenitentiam imponere. Hoc tamen recte advertunt Roncaglia²², et Salmant.²³ cum Coninck²⁴ et Aversa, locum habere in solo casu quo aliter non posset, nisi per illam publicam poenitentiam, scandalum reparari, puta publice restituendo honorem alicui publice dehonorato. — Caeterum, si publica poenitentia non sit ita necessaria, merito dicunt praefati autores, non debere confessarium illam impone re reluctanti; cum aliter possit salus obtineri poenitentis et scandalum reparari, nempe per publicam frequentationem sacramentorum, visitationes ecclesiastiarum, auditionem Missarum, ingressum in aliquam Congregationem, ubi pietatis opera exercentur, et similia. — Hinc Fagnanus²⁵ refert quod sacra Congregatio noluit declarare an in foro sacramentali pro publicis peccatis publicae poenitentiae essent imponendae.

513. — ^{c)} Etsi possit, et aliquando ob fragilitatem poenitentis etiam expediat, injungi opus alias debitum seu praecipuum, v. gr. Missae auditionem die

resp. 2. — ²⁶ Tr. 6, cap. 10, n. 89. — ²⁷ De Sacr. Poenit., n. 1265. — ²⁸ Confer. 9, de Satisfact., n. 238. — ²⁹ Lib. 17, n. 153 et 154. — ³⁰ Coninck, disp. 10, dub. 8, n. 74. — ³¹ *Vasq.*, qu. 94, art. 2, dub. 2, n. 2. — ³² *Henriq.*, lib. 5, cap. 21, n. 6. — ³³ In 4, dist. 14, qu. 1, art. 5, solut. 1. — ³⁴ *Sess. 24*, de reform., cap. 8. — ³⁵ *Navar.*, Man., cap. 8, n. 10. — ³⁶ Tr. 23, punct. 21, § 3, n. 5. — ³⁷ Tr. 6, cap. 10, n. 39. — ³⁸ Tr. 19, qu. 4, de Satisfact., cap. 1, qu. 7. — ³⁹ Lib. 17, n. 154. — ⁴⁰ In 4, dist. 14, qu. 1, art. 5, solut. 1. — ⁴¹ Loc. cit., cap. 1, reg. in praxi, n. 6. — ⁴² Loc. cit., n. 39. — ⁴³ Aversa, qu. 13, sect. 3, v. *Quarto*. — ⁴⁴ In cap. *Manifesta*, n. 19.

^{c)} Reginaldus male hic allegatur a Palau nam, lib. 7, n. 32, disputat dumtaxat de peccatis occultis.

^{d)} Coninck, disp. 10, dub. 8, n. 74, negat posse poenitentiam publicam imponi pro peccatis occultis, et addit: « Pro peccatis tamen publicis, quando cum aliorum scandalo facta sunt, non modo licite, sed aliquando etiam

« festo, etc., ut docent Suarez, Vasquez, Laymann¹ et alii (Unde, si scrupulosus saepius redeat ad confessarium, intra breve tempus semper nova confitendo, non semper necesse est impone re poenitentiam novam, cum opus ante debitum possit injungi). Bonacina, Henriquez, card. de Lugo, Diana²; contra Suarez³, Reginaldum⁴ et Bauny): « — si tamen confessarius non exprimat, censetur imperasse opus liberum; ut docent iidem et Diana⁵. Vide Coninck⁶ et Diana⁷.

Dubitatur igitur 1º. *An possit pro poenitentia imponi opus alias debitum?*

Negant Paludanus, Scotus, Capreolus, etc., apud Renzi⁸. Et consentit Antoine⁹, ubi dicit semper esse imponendum aliquod opus supererogatorium; quia opus aliunde praecepsum praestandum est a poenitente, etiam si non confiteatur.

Sed communiter et merito affirmant Lugo¹⁰, Sanchez¹¹, Suarez¹², Bonacina¹³, Anacleto¹⁴, Holzmann¹⁵, Laymann¹⁶, Elbel¹⁷, Escobar¹⁸, Sporer¹⁹, Diana²⁰ cum Vasquez, Turriano, Suarez, Fillucci, etc.; Palaus²¹ cum Navarro, Soto, Henriquez; Roncaglia²² cum Coninck et Candido; et Salmant.²³ cum Aversa, Victoria, etc. — R-

¹ *Suar.*, disp. 38, sect. 6, n. 5. — *Vasq.*, qu. 94, art. 1, dub. 6, num. 6. — ² Lib. 5, tract. 6, cap. 15, num. 10. — *Bonac.*, qu. 5, sect. 3, punct. 2, n. 3. — ³ *Henriq.*, lib. 5, cap. 20, n. 6. — ⁴ *Lugo*, disp. 25, n. 50. — ⁵ Part. 6, tr. 7, resol. 6. — ⁶ *Bauny*, Theol. mor., part. 1, tr. 4, qu. 25, v. *Dico 2º de Satisfact.* — ⁷ Part. 3, tr. 4, resol. 84. — ⁸ Disp. 10, dub. 8, n. 68. — ⁹ Part. 4, tr. 4, resol. 241. — ¹⁰ *Palud.*, in 4, dist. 15, qu. 1, art. 2 (num. 8). — *Scot.*, in 4, dist. 15, qu. 1, v. *Respondeo*. — *Capreol.*, in 4, dist. 15, qu. unic. art. 8, ad 4. — ¹¹ *Cap. 2*, sect. 8, qu. 5. — ¹² *Cap. 1*, art. 3, qu. 8. — ¹³ *Disp. 25*, n. 67. — ¹⁴ *Decal.*, lib. 1, cap. 14, n. 5. — ¹⁵ *Disp. 38*, sect. 6, n. 5. — ¹⁶ *Qu. 5*, sect. 3, punct. 2, n. 11. — ¹⁷ Tr. 14, dist. 10, n. 28. — ¹⁸ *De Poenit.*, n. 607. — ¹⁹ Lib. 5, tr. 6, cap. 15, n. 10. — ²⁰ Confer. 9, de Satisfact., num. 235. — ²¹ Loc. cit., num. 564. — ²² Tr. 6, cap. 10, n. 30. — ²³ *Bonac.*, qu. 5, sect. 3, punct. 2, n. 12. — ²⁴ *Mercer.*, qu. 83, art. 4, dub. 4, resp. 2, v. *Notandum 4.* — ²⁵ *Diana*, part. 3, tr. 6, resol. 86. — ²⁶ *Qu. 5*, sect. 3, punct. 2, n. 8. — ²⁷ *Lib. 6*, part. 2, n. 1289.

necessario (ut quando alias scandalum non cessaret), poenitentiae publicae confitentibus injunguntur, ut ea ratione scandalum emendetur».

513. — ^{a)} Suarez et Reginaldus a Diana citantur, ut qui videantur negare eamdem poenitentiam secundum imponi posse poenitenti qui intra breve tempus reddit; et forte Suarez, disp. 38, sect. 3, n. 4; et Reginaldus, lib. 7, n. 12, id insinuant, cum inter casus

Censetur imponi supererogatorium, nisi confessarius contrarium exprimat.

quibus possit omitti poenitentiae impositio hunc non recenseant.

^{b)} Seu accuratius: Posse quidem semper fieri, et saepe expedire ob poenitentis fragilitatem.

^{c)} Sanchez, *Decal.*, lib. 1, cap. 14, n. 6; Bonacina, qu. 5, sect. 3, punct. 2, n. 12, adiunt: Vel nisi aliter, scilicet ex circumstantiis, constet de mente confessarii.

^{d)} Coninck, disp. 10, n. 69; Laymann,

Deferenti
ti novum
peccatum
statim post
absolu-
tionem, imponen-
da no-
va poeni-
tentia.

Communi-
ter debetes
se opus ex-
ternum et
afflictivum.

id reprobant Palaus¹ et Roncaglia² cum Candido. Nam, licet opus alias paeceptum bene possit injungi in poenitentiam (ut supra dictum est), non tamen opus paeceptum eodem titulo satisfactionis sacramentalis.

514. - « 6°. Etsi etiam possit injungi opus internum, uti (contra Maeratium et alios) docent Coninck, Hurtadus et Diana³; communiter tamen debet esse externum et afflictivum, v. gr. oratio, jejunium, eleemosyna. Nam avaris eleemosyna, luxuriosis afflictio corporis convenit. — Utrum vero licite imponantur preces recitandae pro defunctis, dubitari potest. Vega⁴ et Joannes Sancius⁵ negant; affirmant probabilius Turrianus⁶, card. de Lugo⁷. Vide Diana⁸.

Advertendum hic quod tam oratio quam eleemosyna et quodcumque aliud bonum opus injunctum in sacramento Poenitentiae valet pro opere poenali et afflictivo; prout communiter docent doctores. Quia respectu ad nos, per naturae lapsae statum, quaecumque virtuosa actionem habet poenae; ex eo quod, amissa originali iustitia, omnes ad terrena et propria commoda proni sumus. Ita Valentia⁹, Castropalaus¹⁰, Laymann¹¹, Pitigianus¹², et Salmant.¹³ cum aliis, et Busenbaum (ut supra). — Idem scripsit novissime doctus auctor libri cui titulus: *Istruzione*

¹ Tr. 28, punct. 21, § 2, n. 10. — *Candid.*, de Confess. sacram., quisq. 24, art. 31, dub. 3. — *Maerat.*, de Poenit., disp. 42, sect. 3. — *Coninck*, disp. 10, num. 67. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 14, diff. 7. — ² Part. 4, 4, resol. 241, v. *Nota 5*. — ³ Sum. nueva, part. 2, cap. 64, cas. 4. — ⁴ Select. disp. 16, n. 1. — ⁵ De Poenit., disp. 37, dub. 4. — ⁶ Disp. 25, n. 62. — ⁷ Part. 3, tr. 4, resol. 54. — ⁸ In 3 Part., disp. 7, qu. 14, punct. 3, v. *Porro hac*. — ⁹ Tr. 28, punct. 21, § 3, n. 1. — ¹⁰ Lib. 5, tr. 6, cap. 15, num. 9. —

per li novelli confessori¹⁴, ubi dixit: *Ma qui si avverte che noi non chiamiamo nè stimiamo inutile la penitenza, qualunque ella sia sia, che s'ingiunge nel sagramento; essendo certo che anche un semplice segno di croce, congiunto con esso sagramento, è efficace per soddisfare; tanto più che nello stato presente della natura caduta, ogni opera buona... è in qualche modo afflittiva e penale*^a. — Id bene confirmatur a S. Francisco Salesio¹⁵, ubi: *L'uno ha della pena a digiunare, l'altro a servire gl'inferni..., confessare, predicare, assistere agli sconsolati, fare orazione e simili esercizi. Questa pena (id est orandi, etc.) vale più che quell'altra (id est jejunandi); perciocchè, oltre che ugualmente doma il corpo, essa fa frutti molto più desiderabili*. Praesertim confirmatur a S. Thoma¹⁶, qui dicit: *Oratio habet rationem satisfactionis, quia quamvis habeat suavitatem spiritus, habet tamen afflictionem carnis; quia, ut dicit Gregorius¹⁷, dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur procul dubio fortitudo carnis*.

Dubitatur hic 1°. *An possit imponi opus internum?*

Negant Sancius¹⁸; et Alensis ac Almainus, apud Suarez¹⁹; quia poenitentia, cum sit pars sacramenti, debet esse sensibilis. Sed merito cum communis sententia affirmant Suarez²⁰, Lugo²¹, Pontius²², Lay-

Potest imponi opus internum.

loc. cit., n. 10, casum hunc silentio praete-
reunt.

^e) Roncaglia, loc. cit., resp. 2, negat in universum posse eamdem poenitentiam, etsi nondum impleta sit, pro duabus confessionibus imponi. — Bonacina autem (in prima sententia); Palaus et Candidus (in secunda), loquuntur de scrupuloso qui intra eamdem horam reddit, et nova semper peccata confitetur.

514. — ^a) Textus iste sic latine redditur ab ipso S. Alphonso in *Hom. apost.*, tr. 16, n. 53.

• Hic advertendum nos haud dicere nec in-

tuitum reputare poenitentiam illam, quaecumque illa sit, quae injungitur in sacramento, cum certum sit quod etiam signum crucis cum sacramento conjunctum est efficax ad satisfaciendum, tanto magis quia in statu presenti naturae lapsae omne opus bonum est quodammodo affligens et poenale. — Textus vero S. Francisci Salesii, ibidem a S. Alphonso loquitur: *Alius patitur in jejunando, alius infirmis inserviendo, audiendo confessiones, concionando, orando, et similibus actibus. Haec poena (orandi) praestat alteri poenae (jejunandi); etenim oratio, praeterquam quod domat corpus, afferit fructus desiderabiliores*^b.

^b) Basilius Pontius, *de Matr.*, lib. 1, cap. 7, n. 4, in universum id insinuat, negando esse

mann¹, Bonacina², Escobar³, Sporer⁴; et Salmant.⁵ cum Coninck, Reginaldo, Hurtado, Aversa, etc. Ratio, quia tale opus jam per se est meritorium, et satis fit sensibile per impositionem sacerdotis ac acceptationem poenitentis, prout contritio fit sensibilis per confessionem. Et sic respondetur rationi oppositae.

Dubitatur 2°. *An possit imponi opus applicandum pro defunctis?*

Negant Sancius⁶ et Vega⁷; quia tunc opus non proderit poenitenti ad satisfaciendum pro seipso, ut tenetur. — Sed communius affirmant, et probabilius Palaus⁸; Lugo⁹ cum Turriano; Anacleto¹⁰, Sporer¹¹, Elbel¹², Holzmann¹³; Salmant.¹⁴ cum Aversa, Hurtado, Busenbaum, etc.; ex Catechismo Romano, ubi dicitur: *Igitur universae satisfactionis modum culpae ratio temperabit. Sed ex omni satisfactionum genere, maxime convenit poenitentibus praecipere ut certis aliquot et definitis diebus orationi vacent, ac pro omnibus, et praesertim pro iis qui ex hac vita in Domino decesserunt, preces Deo faciant*. Ratio, quia quaelibet eleemosyna est vere meritoria; et licet satisfactione illius operis tunc applicetur defunctis, satisfactio tamen bonae voluntatis poenitentis qua opus applicat, ipsimet cedit.

* 7°. Potest etiam aliquando injungi ces-

¹ Lib. 5, tr. 6, cap. 15, n. 9. — ² Qu. 5, sect. 3, punct. 2, n. 10. — ³ Lib. 17, num. 148. — ⁴ Part. 3, cap. 4, n. 563. — ⁵ Tr. 6, cap. 10, n. 27. — ⁶ Coninck, disp. 10, n. 67. — ⁷ Regino, lib. 7, n. 22. — ⁸ Gasp. Hurtad., disp. 14, diff. 7. — ⁹ Aversa, qu. 18, sect. 3, v. *Tertio*. — ¹⁰ Select. disp. 16, n. 1. — ¹¹ Sum. nueva, part. 2, cap. 64, cas. 4. — ¹² Tr. 28, punct. 21, § 3, n. 3. — ¹³ Disp. 25, num. 62. — ¹⁴ Turr., de Poenit., disp. 12, qu. 3, diff. 4. — ¹⁵ Tr. 14, dist. 10, n. 80. — ¹⁶ Part. 3, cap. 4, n. 570. — ¹⁷ Confer. 9, de Satisfact., n. 246. — ¹⁸ De Sacram. Poenit., n. 608. — ¹⁹ Tr. 6, cap. 10, n. 37. — ²⁰ Aversa, qu. 18, sect. 4, v. *Deinde*. — ²¹ Gasp. Hurtad., disp. 14, diff. 6, i. f. — *Catech.*

satio ab aliquo bono opere (v. gr. nimia corporis afflictione), vel abstinentia aliqua vice a communione: ad promovendum majus bonum poenitentis, si prudens confessarius ad eum finem expedire judicet. — Salazar, card. de Lugo, Diana, etc. cum Aversa¹⁵; contra Joannem Sancium^c.

Dubitatur: *an possit imponi cessatio ab aliquo bono opere, nempe a communione, jejunio, etc.?*

Negat Sancius¹⁶; quia hoc non esset opus meritorium. — Sed communiter recte affirmant cum Busenbaum et aliis, Lugo¹⁷; Sporer¹⁸ cum Suarez^d; et Salmant.¹⁹ cum Molina^e, Rodriguez^f, Gabriele, etc. Ratio, quia hujusmodi cessatio bene potest aliquando esse actus virtutis, saltem ad servandam obedientiam confessarii.

Recte vero advertit Lugo regulariter non expedire hujusmodi poenitentiam imponere; imo nec posse imponi, quando omissionis illius operis sit forte occasio alius judicandi quod a confessario in poenitentiam fuerit injuncta (juxta dicta n. 512).

* 8°. Etsi possit immediate post absolutionem adhuc injungi; [Ut communis dicunt Salmant²⁰; Viva²¹ cum Diana; et Sporer²² cum communij] « debet tamen fieri ante, ut servetur ordo judicii. — Vide Diana²³, ubi^f, ex *cap. fin. de cens.*, in 6° et Ochagavia, docet, etsi consue-

²⁴ Quando debeat poenitentia, — Regulariter non expedit.

²⁵ Rom., part. 2, cap. 5, i. f., n. 79. — *Ferdinand. Quirin. de Salazar*, Pratica de la frequencia de la sagr. comunión, cap. 14, § 1. — *Lugo*, disp. 25, num. 65. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 115. — ²⁶ Qu. 18, sect. 3, v. *Sed quia interdum, et seqq.* — ²⁷ Select. disp. 23, a. n. 15. — ²⁸ Disp. 25, n. 65. — ²⁹ Part. 3, cap. 4, n. 575. — ³⁰ Tr. 6, cap. 10, n. 36. — ³¹ Gab. a S. Vincenti, de Poenit., loc. cit. — ³² Loc. cit., n. 42. — ³³ De Poenit., qu. 6, art. 1, num. 5. — ³⁴ Diana, part. 3, tr. 4, resol. 136, i. f.; et part. 5, tr. 13, resol. 36. — ³⁵ Part. 3, cap. 4, n. 576. — ³⁶ Loc. cit. — *Ochagav.*, de Poenit., tr. ult., qu. 10, n. 7.

^d) Suarez disp. 38, sect. 6, n. 2, de alio argumento disputat; non igitur recte allegatur a Sporer.

^e) Antonius Molina et Rodriguez non videntur satis diligenter citari a Salmant. Licet enim Molina, *de Instr. sacerdot.*, tr. 7, cap. 5, § 4; et Rodriguez, *Sum.*, part. 1, cap. 65, n. 6, dicant communionem a confessario posset sustineri opinio ista, nimurum: actum illum obedientiae circa abstinentiam ab etsi posse poenitenti pro poenitentia imponi.

^f) Cap. fin. de censib. in 6° a Diana al-

Poenitentia
communi-
tate accep-
ptanda et
implenda
sub gravi.

« tudo habeat ut ita fiat, illam tamen non induxisse obligationem ».

515. - « Resp. II^o. Poenitens communiter tenetur sub gravi obligatione poenitentiam, si rationabilis sit, acceptare et implere; ut habet communis, contra Cajetanum, Silvestrum, Navarrum. Quorum sententia ad hoc saltem serviet, ut neminem non absolutum dimittas, si vel levissimam subire velit; ut notat Sotus^{a)} et Reginaldus¹. Vide Diana^a. [Sed huic non acquiesco, juxta id quod dixi n. 510, in fine].

Dixi I^o. Communiter. — Quia probabile est quod docent Laymann⁸, Suarez⁹ et Diana^a (contra Coninck, Henriquez et alios), poenitentiam sub veniali tantum obligare sequentibus casibus:

1^o. Si imposta sit pro solis venialibus. — Ita citati, contra Henriquez et Fagundez.

2^o. Si pro mortalibus alias confessis.

3^o. Omissionem partis non gravis in confessione mortalium; vel etiam omissionem totius, si levius sit, v. gr. unum

Cajetanum, Sum., v. *Satisfactio sacramentalis*. — Silvestrum, v. *Confessio I*, n. 29 et 30. — Navarrum, Man., cap. 26, num. 20. — Lib. 7, num. 15. — Part. 2, tr. 15, resol. 52; et part. 3, tract. 4, resol. 51. — Lib. 5, tr. 6, cap. 15, num. 7. — Suar., disp. 38, sect. 7, num. 5. — Part. 3, tr. 4, resol. 136. — Coninck, disp. 10, n. 81. — Henriquez, lib. 5, cap. 20, num. 3. — Henrig., loc. cit. — Fagund., de 2^o praec. Eccles., lib. 9, cap. 3, num. 13. — Coninck, disp. 10, num. 80. — Regin., lib. 7, n. 77, v. Quartum. — Fagund., loc. cit., n. 14. — Loc. cit., resol. 102; cfr. etiam resol. 136. — Tr. 23, punct. 21, § 4, n. 11. — Disp. 25, num. 74. — Disp. 38, sect. 7, num. 5. — Henrig., lib. 5,

« Miserere. Coninck, Reginaldus, Fagund., dez cum Diana^b. [Leve esse omittere unum Miserere, dicunt etiam Palaus^c et Lugo^d. Rosarium vero B. Virginis, etsi quinque decadum, minime dici potest materia levis].

4^o. Si confessarius noluit obligare sub mortali. Quia, cum possit imponere poenitentiam libere et sine omni obligatione, ut probat Suarez⁸, Henriquez, Fillucci, Fagundez, Tanner^b, Coninck^c (contra Turrianum et Vasquez), potest etiam sub levi tantum imponere. — [Et sic insinuat agendum Pater Segneri⁹ ac Croix^d, si poenitens non acceptaret poenitentiam impositam^e]. — « Vide Diana¹⁰.

5^o. Eum qui lucratur indulgentiam plenariam liberari ab onere poenitentiae (nisi sit medicinalis) docet Diana¹¹ ex Tanner, Granado, Lugo, etc.; contra Valentia, Marchant et Aversa. — [Vide de hoc, n. 519].

Dixi II^o. Si rationabilis sit. — Quia, si justo sit gravior ac difficilior, nec con-

cap. 21, n. 5. — Fili., tr. 8, cap. 2, n. 87. — Fagund., de 2^o praec. Eccles., lib. 9, cap. 8, num. 11. — Turr., de Poenit., disp. 35, dub. 2. — Vasq., qu. 94, art. 2, dub. 1, n. 10. — Il Confessore istruito, cap. 3, i. f. — Part. 3, tr. 4, resol. 82; et part. 4, tr. 4, resol. 241, v. Not. 3. — Part. 5, tr. 12, resol. 3; et part. 9, tr. 6, resol. 36, v. Sic etiam. — Tann., tom. 4, disp. 6, qu. 8, dub. 4, n. 76. — Gran., in 3 Part., controv. 12, de Indulg., tr. 2, disp. 4, n. 5 et 13. — Lugo, disp. 27, num. 22. — Valent., in 3^o Part., disp. 7, qu. 20, punct. 3, v. Sunt astem. — Petr. March., Tribun., tr. 4, tit. 7, qu. 5, v. f. — Aversa, qu. 13, sect. 9, v. Dicendum tamen.

legatur, non pro eis quae de consuetudine dicuntur, sed solum pro aserto principali, nempe satisfactionem imponi posse post absolutionem; in dicto autem capite haec tantum statuuntur: « Potest... archiepiscopus, dum visitat, confessiones subditorum suffraganeorum audire, ac absolvere poenitentes, et ipsis poenitentias injungere salutares».

515. — a) Sotus id non habet; sed Diana, ex quo Busenbaum videtur allegationem sumpsisse, Sotum citat ut qui dicat esse probabilem opinionem, quae negat poenitentem teneri ad acceptandam poenitentiam; et revera Sotus, in 4, dist. 20, qu. 2, art. 2, ante concl. 2, scribit eam « non prorsus omni... probabilitate » destitutam. Ex qua quidem Soti sententia, tamquam corollarium colligitur apud Diana, part. 3, loc. cit., hoc aliud assertum, videlicet absolvendum esse poenitentem, etsi nolit poenitentiam acceptare.

b) Tanner, disp. 6, qu. 8, num. 7, dicit interdum posse sub consilio tantum imponi poenitentiam, saltem ex parte; totam vero probabilitus non posse; et n. 14, i. f., addit: « Certum videtur ex arbitratu confessarii, supposita gravitate materiae, non pendere ut haec omissione sit venialis».

c) Coninck non recte allegatur a Busenbaum; nam, disp. 10, num. 64, omnino tenet oppositum, negans poenitentiam posse imponi per modum consilia; et n. 65, negat confessarium posse « gravem poenitentiam injungere solum sub veniali ».

d) Croix, lib. 6, part. 2, n. 1249, id asserit in universum, et sine ulla mentione de poenitentis dispositione.

e) Scilicet: Posse tunc sub levi imponere poenitentiam. Nam quod confessarius possit imponere poenitentiam sine ulla obligatione, id S. Doctor rorbat infra, n. 518, i. f.

Poenitentia
gravior
justo, non
necessario
acceptanda.

fessarius eam moderari velit, non peccabit graviter poenitens, si sine absoluto discedens, alterius sacerdotis iudicio peccata submittat; ut docet Suarez, Coninck, Laymann. — Imo ad eam non obligabitur, si omnino injustam esse constet, aut si poenitens eam non possit implere vel illius sit oblitus Nec tunc ad aliud quidquam tenetur; etsi expedit ut is qui sive culpabiliter sive sine culpa oblitus est, in sequenti confessione similem sibi injungi petat. Ita Coninck^f, Laymann, Diana^f: contra Richardum et Silvestrum, qui putant talem confessionem esse repetendam: quod, praeter citatos, negat etiam card. de Lugo¹ ex Vasquez, docens talem satisfacere, si confiteatur illud peccatum oblivionis culpabilis».

516. — Hic plura Dubia occurrunt discussienda.

Dubitatur 1^o. An poenitens teneatur acceptare justam poenitentiam quam imponit confessarius?

Tres sunt sententiae:

Prima negat: quam tenet Cajetanus², et probabilem putant Sporer³ et Tamburinius⁴; quia non tenetur acceptare qui vult eam solvere in purgatorio.

Secunda sententia, quam tenent Navarrus⁵; item Scotus, Medina, Gabriel, apud Lugo⁶; et Sotus^a, Zerola, Villalobos^a, etc., apud Renzi⁷, dicit posse non

Suar., disp. 38, sect. 7, n. 4. — Coninck, disp. 10, n. 80. — Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 15, n. 6, i. f. — Laym., loc. cit., n. 17. — Richard. a Mediav., in 4, dist. 17, art. 2, qu. 8, ad 4. — Silvestr., v. *Confessio I*, num. 6, v. Secundo; et n. 29. — Disp. 25, n. 87. — Vasq., qu. 94, art. 2, dub. 1, n. 5 et seqq. — Victor., Sum., de *Satisfact.*, n. 209. — Trident., sess. 14, de Poenit., cap. 8 et can. 15. — Confer. 9, de *Satisfact.*, n. 227. — Tr. 6, cap. 10, n. 52. — S. Thom., in 4, dist. 18, qu. 1, art. 3, solut. 3. — Palud., in 4, dist. 20, qu. 2, art. 3 (n. 5). — Petr. Sot., de *Satisfact.*, lect. 2; propos. 2 et 3. — Bull. *Inter praeteritos*, § 65, d^o die 3 Decembr. 1749. — Coninck, disp. 10, n. 80. — Disp. 38, sect. 7, num. 4. — Lib. 5, tr. 6, cap. 15, num. 6, i. f. — Confer. 9, de *Satisfact.*, n. 228. — De Sacr. Poenit., n. 601, v. *Dixi*. — Part. 3, cap. 4, n. 550. — Disp. 25, num. 69.

j) Coninck, disp. 10, n. 86, ita sane docet de obliuione inculpabili; sed si poenitentia sua culpa oblitus sit poenitentiam, addit eum teneri ad confitendum hoc peccatum, aut etiam si forte oblio acciderit statim post poenitentiam datam, et crederet sacerdotem adhuc memorem, teneretur, si posset, ab eo petere quid injunxit, praesertim si poenitentia foret gravis. — Et idipsum tenet Diana, part. 4, tr. 4, resol. 241.

acceptare; sed si acceptet, teneri ad eam exsequendam.

Tertia sententia, communis et vera, quam tenent Suarez⁸ (qui oppositas vocat temerarias), Lugo⁹ (ubi nostram sententiam vocat certam, cum Vasquez et Victoria, qui post Tridentinum dicunt esse de fide), Elbel¹⁰; et Salmant.¹¹ cum S. Thoma, Paludano et Petro Soto, dicit peccare qui poenitentiam non acceptat vel non vult implere, et absolutionem vult recipere. — Ratio, quia (ut docet Benedictus XIV¹²) sicut confessarius justam tenetur injungere poenitentiam, ita poenitens tenetur illam acceptare.

Probabile tamen est quod si poenitentia videatur poenitentia illa justo gravior, aut nimis onerosa respectu ad suam imbecillitatem: tunc, si confessarius nollet eam moderari, posset saltem sine culpa gravior discedere absque absolutione, et alium adire confessarium; ut dicunt cum Busenbaum et Coninck (supra, n. 515, v. *Dixi* 2), Suarez¹³, Laymann¹⁴, Elbel¹⁵, Holzmann¹⁶ et Sporer¹⁷. — Hoc tamen intelligendum, si poenitentia illa vere sit irrationabilis vel impar debilibus viribus poenitentis. Nam si contra poenitentia facile posset ab eo impleri, et nollet ex mera desidia illam acceptare, ac cum levi absolvi vellet; non videtur posse excusari a peccato gravi. Quia (ut bene ait Lugo¹⁸) sicut peccaret sacerdos imponendo levem poeni-

Poenitentia
tenetur accep-
tare ju-
stam poen-
itentiam.

Poenitentia
vere ir-
rationabilis
potest non
acceptari.

² Cap. 2, sect. 3, qu. 12, v. f. — ³ Disp. 38, sect. 7, n. 2. — ⁴ Loc. cit., num. 68. — ⁵ Vasq., qu. 94, art. 2, dub. 1, n. 5 et seqq. — ⁶ Victor., Sum., de *Satisfact.*, n. 209. — ⁷ Trident., sess. 14, de Poenit., cap. 8 et can. 15. — ⁸ Confer. 9, de *Satisfact.*, n. 227. — ⁹ Tr. 6, cap. 10, n. 52. — ¹⁰ S. Thom., in 4, dist. 18, qu. 1, art. 3, solut. 3. — ¹¹ Palud., in 4, dist. 20, qu. 2, art. 3 (n. 5). — ¹² Bull. *Inter praeteritos*, § 65, d^o die 3 Decembr. 1749. — ¹³ Coninck, disp. 10, n. 80. — ¹⁴ Disp. 38, sect. 7, num. 4. — ¹⁵ Lib. 5, tr. 6, cap. 15, num. 6, i. f. — ¹⁶ Confer. 9, de *Satisfact.*, n. 228. — ¹⁷ De Sacr. Poenit., n. 601, v. *Dixi*. — ¹⁸ Part. 3, cap. 4, n. 550. — ¹⁹ Disp. 25, num. 69.

516. — a) Sotus et Villalobos a Renzi ex Diana citantur, ut existimantes probabilem priorem sententiam; et ita revera tenet Villalobos, part. 1, tr. 9, diff. 78, n. 4. — Sotus vero, in 4, dist. 20, qu. 2, art. 2, concl. 1, i. f., post sent. Cajet., quamvis eam sententiam neget esse omni prorsus probabilitate destitutam, ipse tamen docet poenitentem teneri acceptare subindeque adimplere poenitentiam.

tentiam sine justa causa pro gravibus culpis; ita peccaret poenitens, volens sine causa recipere absolutionem cum poenitentia justo leviori.

517. - Dubitatur 2^o. *An poenitens peccet graviter, si omittat implere poenitentiam gravem, impositam pro venialibus aut mortalibus confessis?*

Commune est quod si injungatur poenitentia levis; non est obligatio illam implendi sub gravi, etiamsi tota omittatur. Palaus¹, Lugo², Renzi³, Suarez⁴; Croix⁵ cum Aversa et aliis passim. Ratio, quia materia levis non est capax gravis obligationis. — Nec obstat quod sacramentum maneat incompletum; nam illud jam est completum essentialiter: completio autem integralis per materiam levem non obligat nisi leviter secundum materiam.

Dubium vertit, quando materia poenitentiae est gravis.

Prima sententia, probabilis et communior, dicit esse peccatum grave illam omittere. Ita Lugo⁶ et Palaus⁷, Bonacina⁸, Roncaglia⁹, Concina¹⁰, Salmant.¹¹; Escobar¹² cum Henriquez, Coninck, Fagundez et Nuñez. — Ratio, quia gravitas vel levitas hujus obligationis non sumitur ex gravitate causae, nempe peccati confessi; sed ex materia praecelta, scilicet poenitentiae impositae.

Secunda vero sententia satis probabilis negat hanc obligationem esse gravem: ita Navarrus¹³, Suarez¹⁴, Laymann¹⁵, Diana¹⁶, Sporer¹⁷. Et probabilem putant Lugo¹⁸,

¹ Tr. 23, punct. 21, § 4, n. 11. — ² Disp. 25, n. 74. — ³ Cap. 2, sect. 8, qu. 14. — ⁴ Disp. 38, sect. 7, num. 5. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 1278. — ⁶ Aversa, qu. 18, sect. 6, v. *Tertio*. — ⁷ Disp. 25, num. 74. — ⁸ *Cit.* — ⁹ Qu. 5, sect. 3, punct. 4, n. 4. — ¹⁰ Tr. 19, qu. 4, cap. 2, qu. 2, resp. 2. — ¹¹ Lib. 1, diss. 5, cap. 10, n. 11 et 12. — ¹² Tr. 6, cap. 10, n. 62. — ¹³ Lib. 17, num. 205 et 206. — ¹⁴ Henrig., lib. 5, cap. 20, num. 3. — ¹⁵ Coninck, disp. 10, num. 81. — ¹⁶ Fagund., lib. 2^o praecl. Eccl., lib. 9, cap. 3, num. 13. — ¹⁷ Nuñez, in

Mazzotta¹⁹; Tamburinius²⁰ cum Henriquez^{a)}; et Croix²¹ cum Soto^{b)}, Paludano^{b)}, Filiuccio^{c)}, Ledesma^{b)} et Aversa.

— Ratio, quia hoc casu materia satisfactionis impositae non est necessaria in quantum est gravis; unde, sicut confessarius non tenebatur, imo nec poterat illam imponere sub gravi, ita nec poenitens sub gravi adimplere. — Nec valet dicere quod poenitentia non est commensuranda cum peccato, sed cum poena temporali ob peccatum debita. Nam respondetur 1^o quod si hoc esset, utique deberet pro quoilibet veniali gravis imponi poenitentia; cum unicuique veniali gravis, imo gravissima, debeatur poena. Respondetur 2^o quod ex Tridentino poenitentia injungenda est *pro qualitate criminum*, non autem poenae.

Sentio tamen dicendum cum Roncaglia (cui consentit etiam Laymann²²), quod si per accidens peccata illa venialia valde disponerent poenitentem ad mortale, tunc posset confessarius gravem ei imponere poenitentiam, ut ipsum removeat a periculo peccandi mortaliter; et tunc tenebitur poenitens, si velit absolviri, illam acceptare et adimplere^{d)}. Praeterea censeo quod si poenitens pro mortalibus confessis condignam non egerit poenitentiam: tunc si iterum eadem peccata clavibus subjiciat, bene poterit confessarius gravem injungere poenitentiam; et poenitens, si acceptet, tenetur eam implere.

An autem *circumstantias poenitentiae impositae teneatur poenitens implere sub mortali*, nempe ad recitandam coronam

Nisi ve-
nialia valde
disponant
ad mortale.

Suppl., qu. 18, art. 2, diff. 2, concl. 4. — ¹⁸ Man., cap. 21, n. 43, i. f. — ¹⁹ Disp. 38, sect. 7, n. 5. — ²⁰ Lib. 5, tr. 6, cap. 15, n. 7. — ²¹ Part. 3, tr. 4, resol. 186. — ²² Part. 3, cap. 4, n. 549, ad 4. — ²³ Disp. 25, n. 76, i. f. — ²⁴ Tr. 6, disp. 1, qu. 5, cap. 2, v. *Dico 2.* — ²⁵ Method. Confess., lib. 4, cap. 2, n. 4. — ²⁶ Loc. cit., n. 1279. — ²⁷ Aversa, qu. 18, sect. 6, v. *Non oportet*. — ²⁸ Trident., sess. 14, de Poenit., cap. 8. — ²⁹ Roncagl., tr. 19, qu. 4, cap. 2, qu. 2, resp. 2. — ³⁰ Lib. 5, tr. 6, cap. 15, n. 7.

517. — a) Henriquez, lib. 5, cap. 20, n. 3, quidquid dicat Tamburinius, non vocat probabilem hanc sententiam.

b) Paludanus, in 4, dist. 20, qu. 2, art. 3, (n. 5); Martin. Ledesma, 2^o 4^o, qu. 11, art. 3, dub. 5, (locis citatis ab Aversa, a quo Croix allegationem mutuatus est), id non habent. — Sotus vero, in 4, dist. 20, qu. 2, art. 2, concl. 2, explicat, nil aliud habet nisi: « Tam

parva potest esse poenitentia, ut parvi referret vel non acceptare vel acceptam non adimplere, et sic esset peccatum veniale».

c) Filiuccius, tr. 8, cap. 2, n. 54, non solum probabilem existimat, sed simpliciter tenet hanc sententiam.

d) Et quidem sub gravi tunc tenetur acceptare et adimplere, ut notat S. Doctor in *Hom. apost.*, tr. 16, n. 56.

flexis genibus, brachiis extensis, et similia?

Circum-
stantiae sa-
tisfactionis
obligant
sub levi.

Quandoque
etiam sub
gravi.

Resp. Nulli dubium quod omissione circumstantiae erit saltem venialis. Quando vero erit vel ne mortalibus, pendet ex molestia levi aut gravi quam affert circumstantia, vel per se, vel respective ad poenitentem, prout significaverit confessarius poenitentiam imponens. — Ita communiter Sanchez^e, Lugo¹, Viva², Renzi³, Tamburinius⁴; et Croix⁵ cum Dicastillo, Aversa, etc.

518. — Dubitatur 3^o. *An confessarius pro culpis gravibus possit imponere poenitentiam gravem, sed sub obligatione levi?*

Poeni-
tentia gravis
pro culpis
gravibus:

Juxta alios
nequit im-
poni sub
levi.

Prima sententia negat: quam tenent Renzi⁶; et Bonacina⁷ cum Coninck et Nuñez. — Ratio, quia, licet possit legislator in materia gravi obligare tantum sub levi; tamen in hoc sacramento confessarius non reputatur ut legislator, sed ut simplex minister, cum ibi agat nomine Dei. Unde non potest materiam per se gravem sub levi imponere.

Secunda sententia communior affirmat; quam tenent Busenbaum (ut supra, n. 515, v. *Dixi 1^o*) cum Henriquez^{a)} et Fagundez^{a)}; Suarez⁸, Filiuccius⁹, Pater Segneri¹⁰, Tamburinius¹¹; Dicastillus^{b)} apud Croix^{b)}; et probabilem vocat Viva¹² cum Medina et Diana^{c)}. — Ratio, quia revera (ut ipsi adversarii concedunt, utque dictum est *Lib. I, num. 143.*) quilibet legislator potest gravem materiam praecipere sub levi. — Nec obstat ratio opposita. Nam confessarius in hoc sacramento non tantum fungitur vicibus

¹ Disp. 25, n. 93. — ² De Poenit., qu. 6, art. 2, n. 4. —

³ Cap. 2, sect. 3, qu. 16. — ⁴ Method. Confess., lib. 4, cap. 2, num. 14. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 1280. — ⁶ Dicast., disp. 14, dub. 5, n. 80 et 81. — ⁷ Aversa, qu. 13, sect. 3, v. *Et quando confessarius, v. f.* — ⁸ Cap. 2, sect. 3, qu. 14. — ⁹ Qu. 5, sect. 3, punct. 4, n. 4, v. f. — ¹⁰ Coninck, disp. 10, num. 65.

¹¹ Sanchez, *Decal.*, lib. 4, cap. 12, n. 8, id in simili, nempe in materia voti, asserit; quod a cardinali de Lugo et Dicastillo applicatur poenitentiae sacramentali.

¹² Dicastillus, *disp. 14, dub. 3, n. 41 et 42*, probabile esse ait, posse poenitentiam imponi partim sub praeccepto, partim sub consilio. Et ita etiam a Croix, *lib. 6, part. 2, num. 1249*, allegatur.

¹³ Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 82*, id potiori ratione videtur insinuare, cum ibi loquatur de poenitentia, que possit imponi libere, eam scilicet relinquendo arbitrio poenitentis.

¹⁴ Medina, *tr. 2, de Confess.*, qu. 41, v. f. v. *Aitudo dubium*.

Christi; sed etiam est a Christo constitutus verus judex et legislator, qui ex potestate sibi tradita solvit, remittendo peccata; et ligat, praecpta imponendo circa obligationem satisfactionis implendae. Unde hujus obligationis gravitas oriatur, non ex vi sacramenti, sed ex pracepto confessarii.

Haec secunda sententia, per se loquendo, valde probabilis mihi videtur. — Sed non probarem, si confessarius ex hac doctrina vellet pro peccatis gravibus totam poenitentiam imponere sub levi, excepto casu gravis aegritudinis aut intensissimae contritionis, vel alio casu rarissimo, in quo omnino videretur expedire ad salutem poenitentis. Censeo enim ex pracepto Tridentini teneri semper confessarium injungere aliquod grave opus sub obligatione gravi (ut jam dixi n. 510, *in fine*); licet sit leve respective ad numerum et gravitatem peccatorum. — Praefata ergo sententia deservire poterit ad hoc tantum ut confessarius, postquam imposuit aliquam poenitentiam gravem, aliam gravorem injungat sub levi: ut, si poenitens illam implebit, sacramentaliter satisfaciat; si vero negliget, non gravetur culpa gravi. Et sic puto recte se gerere confessarium. Cum enim, spectata poenitentis imbecillitate, possit confessarius primam tantum gravem poenitentiam imponere sub praecipto, et graviorem sub consilio praescribere; melius consulet bono poenitentis, imponendo illam graviorem sub levi, ut omnia opera juncta eleventur ad meritum satisfactionis sacramentalis.

Minime autem approbo id quod dicunt

i. f. - Nuñez, in Suppl., qu. 13, art. 2, diff. 2, concl. 4. —

² Disp. 38, sect. 7, num. 5. — ³ Tr. 8, cap. 2, num. 54. —

⁴ Il Confess. istruito, cap. 3, i. f. — ⁵ Method. Confess., lib. 4, cap. 2, num. 6. — ⁶ De Poenit., qu. 6, art. 1, n. 2. —

⁷ Joan. Medina, tr. 2, de Confess., qu. 41, v. f. v. *Aitudo dubium*.

Secunda
sententia,
per se valde
probabilis.

Modo non
tota poenitentia
imponatur sub
levi.

Poenitentia nequit
injungi sine
obligatione

Medina^{a)} apud Suarez^{b)}, et alii apud Bussenbaum (ut supra, n. 515, ad 4^o), nempe quod confessarius possit aliquando injungere poenitentiam sine ulla obligatione. — Hoc, dico, est omnino improbabile. Nam legislator potest ferre et non ferre legem; sed si ferat, non potest quidem eam ferre sine obligatione, cum lex debeat necessario, saltem sublevi, obligare: lex enim quae non obligat non est lex, sed consilium.

519. — Dubitatur 4^o. *An tempore jubilaei vel indulgentiae plenariae possit confessarius absolutionem impetriri nulla injuncta poenitentia?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenet Lugo^{a)}, Suarez^{b)}; Palaus^{c)} cum Toledo^{d)} et Sà; Viva^{e)}. (Limitant tamen Salmant.^{f)} et Viva: nisi poenitens indiget aliqua poenitentia medicinali). Et idem docuit D. Thomas^{g)}; ubi, ad objectionem quod non possit sacerdos remittere poenitentiam, cum haec sit pars sacramenti, respondet: *Pro eo faciens indulgentias, solvit poenam quam debuit de bonis Ecclesiae communibus*. Subdit vero: *Tamen consulendum est eis qui indulgentias consequuntur, ne propter hoc ab operibus poenitentiae injunctis abstineant*. — Ratio hujus sententiae est, quia poenitentia principaliter imponitur pro satisfacienda poena temporali, quae jam tota remittitur per indulgentiam.

^{a)} Tr. 21, punct. 21, § 2, n. 9. — ^{b)} *Sd*, v. *Satisfactio*, n. 2. — ^{c)} De Poenit., qu. 6, art. 1, n. 1, v. *Quinto*. — *Vita*, loc. cit. — ^{d)} Suppl., qu. 25, art. 1, ad 3 et 4. — ^{e)} Lib. 1, diss. 5, cap. 9, n. 6. — ^{f)} Bulla *Inter praeteritos*, § 65. — ^{g)} *Man.*,

Sed his non obstantibus, tenendum est oppositum cum Concina^{h)}, Roncagliaⁱ⁾; et Croix^{j)} cum Filliuccio^{k)}, Rodriguez^{l)}, Dicastillo^{m)}. Et hodie non est amplius de hoc dubitandum: dum noster Summus Pontifex Benedictus XIVⁿ⁾ sententiam contrariam tamquam laxiorem reprobavit, dicens non posse putari verum poenitentem qui indulgentias consequi cupit, si hujus praetextu se vult eximere a poenitentia sacramentali adimplenda. — Ratio 1^a, quia, ut poenitens posset per indulgentias liberari a poenitentia certe debita, certus esse deberet illam lucrari: sed patet hoc valde incertum esse; unde non potest debito certo satisfacere per incertam solutionem. Ratio 2^a, quia, licet certo quis indulgentias lucraretur, debet tamen semper aliquam poenitentiam (quae est integralis pars sacramenti) implere, ne sacramentum mutilum maneat.

Dixi: *aliquam poenitentiam*. Nam communiter et probabilissime, praeter autores citatos pro prima sententia, dicunt Navarrus^{o)}, Toletus^{p)}, Sporer^{q)}, Elbel^{r)}, Holzmann^{s)}; et Laymann^{t)} cum Soto^{u)} et Henriquez, causa indulgentiarum bene posse a confessario poenitentiam diminui: modo aliqua imponatur. Quia per eam jam integratur sacramentum; et contra, per indulgentias probabiliter satisfit poenae temporali de bonis communibus Ecclesiae, ut docet D. Thomas^{v)}.

cap. 26, n. 22. — ^{o)} Lib. 3, cap. 11, n. 5. — ^{p)} Part. 3, cap. 4, n. 545. — ^{q)} Confer. 9, de *Satisfact.*, n. 248, sub 3. — ^{r)} De Sacr. Poenit., n. 612. — ^{s)} Lib. 5, tr. 6, cap. 15, n. 12. — ^{t)} *Henrig.*, lib. 7, cap. 17, n. 2. — ^{u)} Suppl., qu. 25, art. 1, ad 3.

Nequit tota
liter omitti.

omnibus circumstantiis, spiritus et prudentia in medelam suggesterit».

^{c)} Roncaglia, loc. cit., cap. 2, qu. 8; Croix, lib. 6, part. 2, n. 1273, dicunt poenitentem in praxi teneri eo etiam tempore ad impletandam poenitentiam sibi a confessario impositam.

^{d)} Autores isti non citantur diserte a Croix; pro hoc aserto et sane Filliuccius, tr. 8, cap. 7, n. 174 et 175, dicit poenitentem eo tempore eximi ab obligatione impleendi poenitentiam, in quantum haec satisfactoria est; Rodriguez autem, Sum., part. 1, cap. 56, n. 4, de hoc arguento non disputat; Dicastillus denique, disp. 14, dub. 2, n. 19, priorem sententiam cum adjecta limitatione amplectitur.

^{e)} Laymann non citat Sotum, sed Suarez-

520. — Dubitatur 5^o. *An si poenitens oblitus sit poenitentiae injunctae teneatur repetere confessionem, ut altam poenitentiam accipiat?*

Prima sententia, quam tenent S. Antoninus¹; et Bonacina² cum Silvestro et aliis, dicit hunc teneri saltem praecipua repetere peccata³, ut condigna poenitentia sibi imponatur. Quia poenitens curare debet, quantum commode potest, ut sacramentum fiat integrum; qui enim tenetur ad finem tenetur etiam ad media.

Secunda vero sententia communis, quam tenent Lugo⁴, Palaus⁵, Sporer⁶ cum communi, Croix⁷, Roncaglia⁸, Holzmann⁹, Viva¹⁰, Elbel¹¹ cum Navarro, Soto, Aversa, et Salmant.¹² cum Suarez, Vasquez, Laymann, Coninck, Victoria, Candido, Vivaldo, etc., negat obligationem hanc (etiamsi poenitens culpabiliter oblitus fuerit poenitentiam; ut specialiter notant^{b)} Salmant, Sporer, Holzmann, Elbel, Lugo cum Vasquez; et Croix cum Navarro, Soto et aliis).

Ratio: quia, ex una parte, non tenetur amplius ad poenitentiam, cum illius impletio facta sit ei impossibilis; ex altera, non videtur extare hanc obligationem repetendi confessionem ut integretur sacramentum, cum nemo videatur teneri repe-

¹ Part. 3, tit. 14, cap. 19, § 19. — ² Qu. 5, sect. 3, punct. 3, n. 9 et 10. — ³ *Silvest.*, v. *Confessio I*, qu. 3, num. 6, v. *Secundo*. — ⁴ Disp. 25, n. 87. — ⁵ Tr. 23, punct. 21, § ult. n. 19. — ⁶ Part. 3, cap. 4, num. 552. — ⁷ Lib. 6, part. 2, n. 1275. — ⁸ Tr. 19, qu. 4, cap. 2, qu. 7. — ⁹ De Sacr. Poenit., n. 617. — ¹⁰ De Poenit., qu. 6, art. 2, n. 6. — ¹¹ Part. 4, tract. 4, resol. 241, v. *Notandum*. — ¹² Confer. 9, de *Satisfact.*, num. 244. — ¹³ *Navar.*, Man., cap. 9, num. 17. — *Sotus*, in 4, dist. 20, qu. 2, art. 3. — ¹⁴ Disp. 10, dub. 9, n. 86. — ¹⁵ Tr. 23, punct. 21, § ult., num. 18. — ¹⁶ Part. 4, tr. 4, resol. 241, v. *Notandum*. — ¹⁷ Confer. 9, de *Satisfact.*, num. 244. — ¹⁸ Part. 3, cap. 4, n. 552. — ¹⁹ Tr. 6, cap. 10, n. 83. — *Suar.*, disp. 38, sect. 8, i. f., n. 7. — *Laym.*, lib. 5, tr. 6, cap. 15, n. 15. — *Navar.*, in cap. 1 *Qui vult*, num. 48, de poenit. dist. 6. — *Tolet.*, lib. 3, cap. 11, n. 3, v. f. — *Cajetan.*, Sum., v. *Satisfactio sacra*, § *Quantum vero ad caritatem*; et *Opusc.*, tom. 1, tr. 6, qu. 2, corp. — ²⁰ Part. 3, tr. 4, resol. 85. — *Fagund.*, de 2^o praec. Eccl., lib. 9, cap. 4, n. 9, v. *Tertia sententia*. — *Suar.*, disp. 38, sect. 8, num. 5. — ²¹ Part. 2, tr. 15, resol. 58, i. f.; et part. 5, tr. 13, resol. 38.

zium, cuius tamen doctrina latius patet, ut notatum est nota a).

520. — ^{a)} S. Antoninus et Silvester absolute loquuntur, et non solum de praecipuis peccatis. — Bonacina vero sententiam hanc tenet pro casu quo confessarius ipse poenitentia non meminit.

^{b)} Vel perspicue indicant, ut Vasquez et Navarrus.

^{c)} Sed in *Istruzione e Pratica* (edit. 6^a),

tere sua peccata, semper ac ipsa directe fuerint remissa: hoc enim gravissimum esset onus.

Utraque sententia est probabilis^{c)}. Merito autem advertunt Coninck¹³, Palaus¹⁴, Diana¹⁵, Elbel¹⁶, Sporer¹⁷, et Salmant.¹⁸ cum Cajetano¹⁹, Soto²⁰, Navarro²¹ et Medina²², quod talis poenitens teneretur utique, cum commode posset, adire confessarium suum, si putaret illum adhuc memorem esse poenitentiae quam injunxit; tunc enim ejus impletio est ei adhuc moraliter possibilis.

521. — « Unde resolves:

« 1^o. Is qui poenitentiam implet in statu peccati mortalis, probabiliter quidem satisfacit praecerto, cum impletat ejus substantiam. — Peccat tamen, sed venialiter, ut docet Suarez, Laymann, Diana^{a)}; quia sacramenti partem suum scripti indigne, et obicem ponit effectui, scilicet remissioni poenae (quem tamen, obice remoto, recuperari docent Navarrus, Toletus, Cajetanus, Diana^{b)}, Fagundez, Suarez, etc.); unde, quamprimum est implenda. — Potestque graviter etiam peccari nimium differendo: quod ex variis circumstantiis judicandum. Vide Diana^{c)}. — Non esse autem grave seu mortale, si non differat ultra octiduum, docet Hurtadus^{d)} apud Diana^{e)}.

Quid de
implente
poenitentia
in mortali
tali.

Qualis di-
latio poenitentiae sit
gravis.

Utraque
sententia,
probabilis.

Quando-
que adeun-
dus idem
confessa-
rius.

« Imo, posse differri per annum (hoc est « quamdiu non tenetur ad novum sacra- « mentum Poenitentiae), vult ipse Diana¹ « ex Amico, Leandro, etc.: nisi tamen poe- « nitens dubitet an postea possit implere; « eo enim casu teneri quamprimum com- « mode potest ».

Hoc merito communiter reijcitur cum Salmant.², Tamburinio³, et Croix⁴: qui probabiliter tamen excusat a mortali, si dilatio sit ad mensem, si poenitentia sit tantum vindicativa⁵. — Roncaglia vero damnat de mortali si differatur poenitentia per quindecim dies. Sed hoc videtur nimis rigidum; non reputatur enim gravis dilatio, quae non affert grave praejudicium rei praeceptae, ut ait Lugo⁶: qui addit⁶ dilationem, ut sit gravis, debere esse ad longum tempus. Renzi⁷ autem cum Cotonio et Glossa⁸, dicit non esse gravem dilationem infra sex menses; sed hoc videtur nimis benignum.

« Similiter non esse mortale, si obligatus jejunare feria sexta differat in diem sequentem: vel obligatus communicare singulis mensibus differat ad sex vel octo dies, affirmat Diana⁹ ex Palao: praesertim ex causa aliqua, tametsi levi ».

Dicunt Salmant.¹⁰ esse mortale differre

communionem per quatuor dies, nisi justa causa excuset. — Sed communius Palaus¹¹, Sporer¹²; Holzmann¹³ cum Suarez¹⁴, Coninck¹⁵ et aliis, censem non esse mortale differre communionem per sex vel octo dies, quando quis tenetur communicare per singulos menses. Et consentit Roncaglia¹⁶: modo (recte monet) poenitentia non sit medicinalis; ita ut illa dilata periculum sit relabendi. — Putat autem Croix¹⁷ cum Gobat et Stephano, quod ex decem communionibus omittere unam non sit mortale. Sed huic non acquiesco.

522. — Dubitatur 1^o. *An qui exsistit in mortali, possit implere poenitentiam impositam?*

Prima sententia negat; et hanc tenent Tabiena¹⁸, Alensis, Archidiaconus, apud Salmant.¹⁹. Et citant pro se D. Thomam²⁰, qui sic ait: *Oportet... quod opera satisfactoria sint Deo accepta: quod dat eis caritas. Et ideo sine caritate opera facta non sunt satisfactoria.* Ratio hujus sententiae est, quia peccator injuriam irrogat sacramento; dum obicem ponit satisfactioni in sacramento impositae.

Secunda sententia, quam tenent Tournely²¹, Juenin²², Antoine²³, etiam negat implere, si implet habens actualem affe-

Poenitentia, juxta alios, invaleat in mortali.

Juxta alios, solus affectus actualis ad mortale impedit.

ctum ad peccatum mortale; secus, si tantum exsistat in mortali. Ita praefati autores. — Ratio, quia ad satisfaciendum Deo non requiritur status gratiae sanctificantis; sed sufficit voluntas Deum placandi: quae contra deest in eo qui habet actualem affectum ad peccatum.

Tertia sententia, communis et probabilior, universe affirmat. Et hanc tenent Suarez¹, Navarrus², Salmant.³, Concinna⁴, Roncaglia⁵; Lugo⁶ cum Paludano, Cajetano, Soto, Silvestro; et Bonacina⁷ cum Sa, Toledo, Valentia, Vasquez, Coninck, Filiuccio, etc. — Ratio, quia ad implementum praeceptum satisfactionis sufficit ponere opus praecepti, licet praecepti finis non obtineatur. — Respondeatur autem ad textum D. Thomae, quod ibi S. Doctor non loquitur de adimplectione satisfactionis injunctae, sed tantum de ejus merito, quod non potest haberi sine caritate.

523. — Dubitatur 2^o. *An peccet qui implet poenitentiam impositam exsistens in mortali?*

Conveniunt doctores hunc non peccare mortaliter. — Alii vero, ut Lugo⁸; ac Aversa, Dicastillus, Stephanus, etc., apud Salmant.⁹ (qui putant probabile), dicunt nullo modo peccare; quia, ut ajunt, nulla est culpa obicem ponere soli remissione poenae. — Alii tamen probabilius tenent peccare venialiter; quia ponere obicem effectui partiali sacramenti non

¹ Part. 9, tr. 6, resol. 57, i. f.; cfr. part. 2, tr. 15, resol. 53; et part. 10, tr. 12, resol. 42. - *Amicus*, tom. 8, disp. 16, num. 58 et 59. - *Leand.*, tr. 5, disp. 9, qu. 89. -

² Tr. 6, cap. 10, num. 65. - ³ *Method. Confess.*, lib. 4, cap. 2, n. 9. - ⁴ Lib. 6, part. 2, num. 1288. - *Roncagl.*, tr. 19, qu. 4, cap. 2, qu. 6, resp. 1, v. f. - ⁵ Disp. 25, n. 91.

- ⁶ Loc. cit. num. 92. - ⁷ Cap. 2, sect. 3, qu. 17, i. f. - *Coton.*, lib. 2, controv. 10, n. 42, i. f. - ⁸ In leg. fin. C. de censib. - ⁹ Part. 9, tr. 6, resol. 57, v. *Nota*. - *Palaus*, tr. 28, punct. 21, § 4, n. 12 et 13. - ¹⁰ Loc. cit., n. 12. -

¹¹ Part. 3, cap. 4, n. 577. - ¹² *De Poenit.*, n. 605, i. f. -

¹³ Loc. cit., qu. 6, resp. 2. - ¹⁴ Lib. 6, part. 2, num. 1277. -

Gobat, tract. 4, de Euch., num. 56. - *Steph. a S. Paul.*, tr. 5, disp. 5, num. 176, i. f. - *Alens.*, part. 4, qu. 24, membr. 4, art. 1 et 2, § 1. - *Archidiac.*, in *Decret.*, de poenit., dist. 3, § ult. i. f. - ¹⁵ Tr. 6, cap. 10, num. 69. - ¹⁶ Suppl. 14, art. 2, corp., in fine. - ¹⁷ *Praelect.*, de Poenit., qu. 7, artic. 2, quer. 6, resp. 2 et 3. - ¹⁸ *Instit.*, qu. 5, cap. 3, art. 3, concl. 2 et 3. - ¹⁹ Cap. 1, art. 3, qu. 9.

²⁰ *Disp. 38*, sect. 8, n. 1. - ²¹ *Man.*, cap. 3, n. 6 et 7. -

²² *Tract. 6*, cap. 10, num. 69. - ²³ Lib. 1, diss. 5, cap. 2, n. 3. - ²⁴ Loc. cit., cap. 2, qu. 5. - ²⁵ Disp. 25, num. 30. -

Palud., in 4, dist. 15, qu. 1, art. 3, concl. 3 (num. 12).

- *Cajetan.*, Opusc. tom. 1, tr. 6, qu. 2, concl. - *Sotus*, in 4, dist. 19, qu. 1, art. 4, ad 3. - *Silvest.*, v. *Satisfactio*, qu. 7. -

²⁶ Qu. 5, sect. 8, punct. 4, n. 15. - *Sa*, v. *Satisfactio*, n. 7. -

Tolet., lib. 3, cap. 11, num. 3, i. f. - *Valent.*, in 3^o Part.,

disp. 7, qu. 14, punct. 3, v. *Non est tamen negandum*. -

Vasq., qu. 94, art. 2, dub. 5, a. n. 8. - *Coninck*, disp. 10, dub. 11, n. 95. - *Fill.*, tr. 8, cap. 2, n. 57. - ²⁷ Disp. 25,

num. 32. - *Aversa*, qu. 18, sect. 6, v. *Statundum tamen*,

et seq. - *Dicast.*, disp. 14, dub. 10, num. 160. - *Steph. a*

S. Paulo, tr. 5, disp. 5, n. 178. - ²⁸ Tr. 6, cap. 10, n. 70. -

²⁹ *Disp. 38*, sect. 8, num. 7. - ³⁰ Lib. 5, tract. 6, cap. 15, n. 15. - ³¹ Tr. 18, n. 129. - ³² Qu. 5, sect. 3, punct. 4, num. 15. - ³³ Loc. cit., num. 70. - *Wigandt*, loc. cit. - *Salmant.*, loc. cit., n. 69, i. f. - *Antoine*, cap. 1, art. 3, qu. 9. - *Scot.*, in 4, dist. 15, qu. 1, art. 4, (num. 16 et 17). - *Joan. Med.*, tr. 2, de *Confess.*, qu. 42, v. *Esto igitur*, et v. *Tertio falsum*. - *Vasq.*, qu. 94, art. 2, dub. 5, num. 11 et 12. -

³⁴ *Loc. cit.*, qu. 7, resol. 49. - *Palaus*, tract. 14, disp. 1,

punct. 9, num. 7. - *Trull.*, Decal., lib. 2, cap. 1, dub. 20,

num. 10. - *Suar.*, de Relig., tr. 5, lib. 3, cap. 8, num. 7. -

³⁵ Qu. 13, sect. 4, init. - ³⁶ Loc. cit. - ³⁷ Lib. 5, tr. 6,

cap. 15, n. 11. - ³⁸ Qu. 5, sect. 3, punct. 2, n. 6. - ³⁹ Tr. 6,

cap. 10, n. 38. - *Aversa*, loc. cit. - ⁴⁰ Part. 5, tr. 13, resol. 37.

- ⁴¹ Cap. 2, sect. 3, qu. 18.

iterandas, si factae sint in mortali. Quod Salmant. non notaverunt; allegationem tamen suam ex Aversa desumpserunt.

523. - ^a *Bonacina*, loc. cit., n. 16 et 17, tenet priorem sententiam, scilicet effectum haberi, sublatu obice.

525. - ^a *Henriquez*, lib. 5, cap. 22, n. 7, loquitur de poenitentia imposta in honorem determinati festi; et negat poenitentem teneri

eam adimplere, si eo die « per impotentiam » excusat. Et ita etiam a Renzi citatur, cap. 2, sect. 3, qu. 18.

^b *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 1290, loquitur de casu quo dies statuta erat non ad terminandam, sed ad urgendam obligationem. —

Et ita etiam Aversa, qu. 13, sect. 6, v. *Si vero confessarius*, et seq. — Mendo autem, *Statera*, diss. 10, n. 97, negat amplius teneri, si poe-

Poenitentia, sub conditione: Si iterum labatur, probabilis acceptanda et implenda.

Transacto tempore assignato, adhuc impleenda.

do^{b)}. — Dicunt autem ibid.¹ Sporer, Coninck et Gobat, quod si alicui sit injunctum jejunium die sabbati^{c)} in honorem B. Mariae Virginis, transacto eo die non tenetur in alio. Sed haec opinio nec mihi arridet: tum quia semper principaliter intenditur a confessario jejunium, et accessorie dies; tum quia, quando materia est divisibilis, qui non potest implere totum, tenetur ad partem^{d)}.

Quando possit impleri per alium,
« 526. — « 4^o. Potest satisfacere per alium, « cui confessor id concedit: vel qui per « se non potest, ut docent Reginaldus, « Filliuccius, Fagundez, Diana²; » (Sed adverte hic prop. 15 damnatam ab Alessandro VII, quae dicebat: *Poenitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius poenitentiam adimplat*) « hic tamen non tenetur, nisi confessor id voluerit. — An vero satisfaciens pro alio, simul pro se possit, « alii ajunt, alii probabilius negant, ut habet Sà³. »

527. — « 5^o. Non necessario impletur ante communionem».

Hic advertantur quatuor propositiones damnatae ab Alessandro VIII, nempe: Prop. 16: *Ordinem praemittiendi satisfactionem absolutioni induxit, non politia aut institutio Ecclesiae, sed ipsa Christi lex et praescriptio, natura rei id ipsum quodammodo dictante.* — Prop. 17: *Per illam*

¹ Ap. Croix, loc. cit., n. 1290. — Spor., part. 3, cap. 4, n. 577, i. f. — Coninck, disp. 10, num. 85. — Gobat, tr. 7, n. 767. — Regin., tr. 7, n. 81. — Fill., tr. 8, cap. 2, n. 58. — Fagund., de 2^o praecl. Eccl., lib. 9, cap. 4, num. 12. — Part. 4, tr. 4, resol. 241, v. Nota 4. — ² V. *Satisfactio*, n. 10 (edit. genuin.). — Sotus, in 4, dist. 20, qu. 2, art. 3, v. *In calce*. — Fernand. de Cordova, *Instrucción de Confesores*, part. 1, docum. 9, § 2, num. 5, i. f. — Henríg.,

praxim mox absolvendi ordo poenitentiae est inversus. — Prop. 18: *Consuetudo moderna quoad administrationem sacramenti Poenitentiae, etiamsi eam plurimorum hominum sustentet auctoritas, et multi temporis diurnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu, sed abusu.* — Prop. 22: *Sacrilegi sunt iudicandi qui jus ad communionem percipiantem praetendunt, antequam condignam de delictis suis poenitentiam egerint.*

528. — « Quaeres: *Quis poenitentiam possit commutare, et quomodo?*

« Resp. 1^o. Ex justa causa, quivis sacerdos id potest, si de novo ei confiteatur, ut habet communis sententia contra Sotum et Vasquez^{a)}: saltem si peccata non sint reservata: immo etiam probabiliter, etiamsi talia fuerint, ut habet Fernandez.

« Resp. 2^o. Sine nova sacramenti administratione potest id solus sacerdos qui injunxit: si adhuc recordetur statum poenitentis, et hic ad eum recurrat tempore tam brevi ut moraliter idem judicium censeri possit, v. gr. intra hebdomadam. Henriquez et alii quatuor. (Immo, etsi post longius intervallum. Card. de Lugo, Aversa et Diana⁴; contra Palaum, etc.). Ratio, quia iudex, incognita causa, non potest ferre sententiam. Ita^{b)} Silvester, Suarez, Coninck, Laymann, Fil-

lib. 5, cap. 21, i. f.; et lib. 7, cap. 17, num. 1. — Lugo, disp. 25, num. 112. — Aversa, qu. 13, sect. 8, v. *Requiere tamē solent*. — ⁴ Part. 6, tr. 6, resol. 46; part. 9, tract. 6, resol. 57. — Palaus, tract. 23, punct. 21, § ult. num. 14. — Silvest., v. *Confessio I*, qu. 27. — Sotus, disp. 88, sect. 10, num. 4 et seqq. — Coninck, disp. 10, dub. 12, num. 100 et 101. — Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 15, n. 16, v. *Dico 3*.

nitentia imposita erat in honorem talis diei; sed addit communiter presumendum esse substantiam operis fuisse praecipue injunctam, et ideo etiam, elapsu tempore, semper urgere obligationem, nisi confessarius sufficienter contrarium innuisset.

c) Scilicet: quolibet sabbato per totum annum, ut dicunt auctores citati.

d) Circa modum adimplendi poenitentiam, addit S. Doctor in *Hom. apost.*, tr. 16, n. 57, eam posse impleri eodem tempore quo alii praecepero satisfit, v. g. Rosarium pro poenitentia impositum poenitens recitare potest dum Sacro interest die festo. Cum tamen confessarius imponit duas audire Missas eodem die, hae successive, non eodem tempore, audi-

dae censentur. Non tamen requiritur intentio actualis aut virtualis satisfaciendi; sed satis est ut opus injunctum ponatur ex intentione habituali, semel habita et non retractata, poenitentiae satisfaciendi: et quisque in quolibet opere satisfactorio quod ponit, semper intendit voluntate generali satisfacere prius operi debito quam operi supererogatorio. *Ibid.*, n. 58.

528. — a) Vasquez, qu. 94, art. 2, dub. 3, n. 8, veriore putat Sotu sententiam; probabile tamen existimat opinionem oppositam, quae dicit poenitentiam posse commutari ab alio confessore iterata peccatorum confessione; et in praxi.. tutum erit illam sequi ut probabile auctoritate doctorum».

b) Quin etiam, auctore Silvestro, loc. cit.,

« liuccius, Reginaldus, Fagundez et card. de Lugo: — contra Navarrum, Henriquez, Toletum, Sà, Rodriguez, Beja, Valerum, Diana¹, qui dicunt etiam alium posse non repetitis peccatis. Quae sententia, etsi non ex ratione, ex principio tamen extrinseco videtur esse in praxi probabilis (Diana enim² pro ea adducit quatuordecim^{c)} auctores, dicitque esse usum sive praxim confessariorum); et confessariis posse servire, quando potenter difficulter adduci potest ad repetenda peccata vel tempus id non fert; praesertim si ex confessione (nam in ea, et non extra, debet fieri) aliorum peccatorum et ex praesenti statu poenitentis ipsiusque testimonio habeant aliquam confusam notitiam peccatorum prae ritae confessionis. Ita Fagundez³, card. de Lugo⁴.

« Resp. 3^o. Ipse poenitens non potest commutare poenitentiam, etiam in evidenter meliorem; ut docent Sanchez⁵, Coninck⁶, Reginaldus⁷ et alii. — Etsi

Fili., tr. 8, cap. 2, n. 50. — *Regin.*, lib. 7, n. 98. — *Fagund.*, de 2^o praecl. Eccl., lib. 9, cap. 4, n. 15 et 22. — *Lugo*, disp. 25, sect. 6, n. 107. — *Navar.*, Man., cap. 26, n. 22. — *Henrig.*, lib. 5, cap. 22, n. 1. — *Tolet.*, lib. 3, cap. 11, n. 5. — *Sà*, v. *Satisfactio*, n. 5. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 56, n. 8. — *Beja*, part. 1, cas. 15. — *Valer.*, Different. utriusq. fori, v. *Jurisdictio*, differ. 1, n. 8. — ¹ Part. 2, tr. 15, resol. 53; part. 3, tr. 4, resol. 53, v. *Sed circa*. — ² Part. 2, tr. 15, resol. 53; v. *Sed ego*. — ³ De 2^o praecl. Eccl., lib. 9, cap. 4, n. 22. — ⁴ Disp. 25, n. 109. — ⁵ Decal., lib. 4, cap. 11, num. 36. — ⁶ Disp. 10, dub. 12, num. 103. — ⁷ Part. 3, tr. 4, resol. 53; part. 2, tr. 15,

requiri videtur ut idem etiam confessarius iterum audiat peccatorum confessionem, pro quibus principaliter injuncta est poenitentia.

c) Quin immo Diana allegat quindecim auctores.

d) Reginaldus, lib. 7, n. 85, haec utique docet, sed duos casus excipit; in quibus ait locum dari interpretationi, et opus non esse commutatione: 1^o scilicet quando a principio injusta est poenitentia; 2^o quando juste quidem imposta est, postea tamen facta est impossibilis, vel accidit causa ab ea excusans.

e) Scilicet Portellus et Villalobos absolute dicunt posse poenitentiam commutari ab ipso poenitente in opus evidenter melius; quod Diana probabile existimat.

529. — a) Elbel *confer.* 9, de *Satisfact.*, n. 243, distinctionem adhibet; et quidem si poenitens petit commutationem poenitentiae eo quod haec « justo gravior videatur », necesse esse, juxta communiores et probabiliores, repeterere confessionem; si vero poeni-

« contrarium probabile dicat Diana¹ ex Portello et Villalobos². Sed hoc Turrianus, temerarium; card. de Lugo³ « communi theologorum et fidelium sensu repugnare dicit».

529.- Dubitatur 1^o. *An poenitens optans poenitentiam injunctam sibi commutari teneatur confessionem factam repetere?* — Resp. Si confitetur eidem confessario non erit opus eam repetere: dummodo confessarius adhuc confuse recordetur status eius conscientiae.

Si vero *confitetur alteri*, duplex est sententia:

Prima sententia affirmat esse obligatum repetendi. Et hanc tenent Laymann⁴, Lugo⁵, Palaus⁶, Concina⁷, Rongaglia⁸, Holzmann⁹, Croix¹⁰, Elbel¹¹, Sporer¹², Tamburini¹³; et Salmant.¹⁴ cum Suarez, Soto¹⁵, Silvestro, Vasquez¹⁶, Coninck, Reginaldo, Molfesio, etc. — Ratio 1^a. Quia confessarius non potest poenitentiam commutare, nisi in iudicio sacramentali; hoc autem iudicium non potest

Non ita
randa con-
fessio, si pe-
tatur com-
mutatio ab
codem con-
fessario.

Si petatur
ab alio, ju-
xta quo-
dam, ite-
randa con-
fessio.

resol. 53. — *Portel.*, Dub. regul. v. *Poenitentia sacra menti*, num. 6. — *Villal.*, part. 1, tr. 9, diff. 79, num. 1. — *Turr.*, Select. disp., part. 2, disp. 31, dub. 62. — ⁸ Disp. 25, num. 96. — ⁹ Lib. 5, tr. 6, cap. 15, num. 16. — ¹⁰ Loc. cit., num. 107. — ¹¹ Tr. 23, punct. 21, § ult., num. 18. — ¹² Lib. 1, diss. 5, cap. 10, num. 20. — ¹³ Tract. 19, qu. 4, cap. 3, qu. 3. — ¹⁴ De sacr. Poenit., n. 616. — ¹⁵ Lib. 6, part. 2, num. 1295. — ¹⁶ Method. Confess., lib. 4, cap. 3, n. 22. — ¹⁷ Tr. 6, cap. 10, n. 79. — *Suar.*, disp. 38, sect. 10, a num. 4. — *Silvest.*, v. *Confessio I*, qu. 27. — *Coninck*, disp. 10, n. 101. — *Regin.*, lib. 7, n. 98. — *Molfes.*, part. 1, tr. 7, cap. 25, n. 71.

tens allegat non quidem injustitiam, sed solum importunitatem, incongruitatem; et aliunde difficulter repeteret, nec tempus supeteret, probabile esse, juxta quosdam, non requiri novam confessionem; sed « consultum omnino esse, ut poenitens interrogetur vel de peccatis gravioribus propter quae altera poenitentia eidem prius fuit imposta; vel saltem an prius haberit similia peccata iis de quibus nunc se accusavit». — Sporer, part. 3, cap. 4, n. 588, fere ut Elbel; dicit enim probabilis esse et commune quod requiritur ut poenitens confessionem repeat; verissimamente hanc opinionem esse, quando poenitens, petens commutationem, allegaret non suam imbecillitatem, sed poenitentiae injunctae iniquitatem, excessum, etc. Sed hoc secluso, probabile est, inquit n. 589, non requiri ut confessio iteretur.

^{b)} Sotus, dist. 20, qu. 2, art. 3, v. *In calce*, requirit utique confessionem, sed eo fine ut confessarius possit declarare poenitentem non

exercere, nisi poenitens sua deferat criminis. Ratio ². Quia poenitentia, ut docet Tridentinum, non solum debet esse punitiva, sed etiam medicinalis, nempe ut non tantum sit in vindictam vitae anteactae, sed etiam in custodiam futurae; nequit autem confessarius convenientem medicinam poenitenti applicare, nisi culparum suarum notitiam habeat.

Satis probabiliter non iteranda.

Secunda vero sententia satis probabilis negat esse hanc obligationem. Eamque tenent Navarrus ¹, Toletus ², Bonacina ³, Sà ⁴; Diana ⁵ cum Henriquez, Villalobos, Rodriguez, Victoria, Vivaldo, Portello, Valero, etc. Et hanc probabilem putant Busenbaum (ut supra n. 528, *Resp. 2*), Lugo ⁶, Anacletus ⁷ Sporer ⁸, et Laymann ⁹, Salmant. ¹⁰, Holzmann ¹¹ ac Tamburinius ¹². — Ratio, quia in hac secunda confessione non agitur de judicio ferendo super culpis delatis in confessione praecedenti, ubi judicium jam fuit efformatum; sed tantum agitur de poenitentis impotentialis imbecillitate ad poenitentiam implendam. Et sic respondeatur ad primam rationem.

Difficilis est respondere ad secundam. Sed responderi potest quod confessarius, commutando poenitentiam in aequalem vel minorem, bene potest praebere medicinam peccatis alias confessis, vel impos-

nendo poenitentiam aequivalentem, vel poenitentiam datam minuendo juxta dispositionem poenitentis.

Caeterum, iidem auctores primae sententiae (ut Palaus, Salmant., Roncaglia, Elbel ¹³ et Croix) fatentur eo casu non esse opus singula peccata repete, sed tantum praecipua, quantum sufficit ad notitiam confusam habendam status poenitentis. — Adduntque probabiliter Navarrus ¹⁴ Sporer ¹⁵ et Tamburinius ¹⁶ quod si confessarius advertat poenitentem non implevisse poenitentiam nec facile impleturum, etiam eo non petente poterit ei illam commutare.

Dubitatur 2^o. *An confessarius inferior possit commutare poenitentiam a superiori impositam ob casus reservatos?*

Prima sententia communior negat. Et hanc tenent Gonet ¹⁷, Suarez ¹⁸, Lugo ¹⁹, Holzmann ²⁰, Sporer ²¹, Concina ²², Renzi ²³; item Coninck, Valentia, Reginaldus, Beja, Molfesius ²⁴, etc., apud Salmant. ²⁵. — Ratio, quia accessorum sequitur naturam principalis. Sicut ergo reservatum erat superiori judicium in causa principali, scilicet in absolvendis reservatis; ita reservata manet impositio poenitentiae, quae ad idem judicium pertinet.

Secunda vero sententia affirmat. Eamque tenent Palaus ²⁶; et Elbel ²⁷ cum San-

Confessarius inferior nequit, juxta alios, commutare poenitentiam ob casus reservatos.

Juxta alios,
potest.

Trident., sess. 14, de Poenit., cap. 8. — ¹ Man., cap. 26, n. 22. — ² Lib. 3, cap. 11, num. 5, i. f. — ³ Qu. 5, sect. 3, punct. 3, num. 8. — ⁴ V. *Satisfactio*, num. 5. — ⁵ Part. 2, tr. 15, resol. 53. — ⁶ Henrig., lib. 5, cap. 22, n. 1. — ⁷ Villalobos, part. 1, tr. 9, diff. 79, num. 5. — ⁸ Rodrig., Sum., part. 1, cap. 56, n. 8. — ⁹ Victor., Sum., de *Satisf.*, n. 211. — ¹⁰ Vivaldo, Candelabri, de *Satisf.*, num. 37, concl. 1 et 3 (al. num. 29 et 31). — ¹¹ Portel., Dub. regul., v. *Poenitentia sacramentum*, n. 8. — ¹² Valer., Differ. utriusq. fori, v. *Jurisdictio*, differ. 1, n. 8. — ¹³ Disp. 25, n. 109. — ¹⁴ Tr. 14, dist. 10, num. 17. — ¹⁵ Lib. 5, tr. 6, cap. 15, n. 16, v. f. — ¹⁶ Tr. 6, cap. 10, n. 79. — ¹⁷ Method. Confess., lib. 4, cap. 3, n. 22. — ¹⁸ Palaus,

tr. 23, punct. 21, § ult., num. 13. — ¹⁹ Salmant., loc. cit., num. 79. — ²⁰ Roncagl., qu. 4, cap. 3, qu. 3. — ²¹ Croix, lib. 6, part. 2, n. 1296. — ²² Man., cap. 26, num. 22. — ²³ Part. 3, cap. 4, n. 589. — ²⁴ Loc. cit., n. 23. — ²⁵ Clipp., tr. 5, disp. 13, n. 56. — ²⁶ Disp. 38, sect. 10, n. 14. — ²⁷ Disp. 25, n. 104 et 105. — ²⁸ De Sacr. Poenit., n. 616, v. *Dixi*. — ²⁹ Loc. cit., n. 585. — ³⁰ Lib. 1, diss. 5, cap. 10, n. 16. — ³¹ Cap. 2, sect. 3, qu. 27. — ³² Coninck, disp. 10, n. 100. — ³³ Valent., in 3^o part., disp. 7, qu. 14, punct. 4, v. *Utrum autem... Regin.*, lib. 7, n. 91. — ³⁴ Beja, part. 3, cap. 1, v. *Haec tamen opinio*. — ³⁵ Tr. 6, cap. 10, n. 72. — ³⁶ Tr. 23, punct. 21, § ult., n. 7. — ³⁷ Confer. 9, de *Satisfact.*, n. 242.

teneri poenitentia ab alio imposta. — Et Vasquez, loc. cit., veriore putat Soti sententiam. Cfr. tamen notam a, ad n. 528, supra.

c) De Sporer, vide notam a hic supra.

d) Holzmann, loc. cit., num. 616, adducit plures auctores qui id ut probabile habent.

e) De Elbel, vide notam a.

f) Molfesius, part. 1, tr. 7, cap. 25, n. 70, non recte citatur a Salmanticensibus (ex Diana tamen, a quo citationem mutuati sunt); etenim, loco citato, oppositam sententiam ex Vasquez tenet: postquam enim dixit n. 69,

commutationem fieri posse sive a superiori sive ab inferiore, dicit contrarios nihil solidi contra hoc assertum afferre; quemlibet enim confessarium in hoc foro esse independentem ab alio, exceptis reservatis in quibus inferiores nihil possunt, et addit: «Et sic in effectu etiam ipse Vasquez tenet..., ut etiam locum habeat in poenitentia impositis in casibus reservatis, quia satis est ut sublata sit reservatio; et tunc poenitentia injuncta remanet ordinaria, seu in potestate cuiuslibet confessarii...; et sic satis est ut in actu sacramenti poenitentiam mutet. Etiam quia nullibi legitur ut

chez, Bonacina et Henriquez ²); ac probabilem vocant Sporer ¹; et Salmant. ² cum Vasquez, Navarro ³, Sà ⁴, Dicastillo ⁵, Gabriele ⁶, Fernandez ⁷, etc. — Ratio, quia, cum peccata jam fuerint a superiore absoluta, est omnino ablata reservatio, et remanent illa peccata communia: unde, si poenitens illa iterum subjiciat inferiori, potest hic novum de eis formare judicium, ac proinde poenitentiam commutare. Nec obstat, ut dicunt, quod inferior potestem non habeat in sententiam superioris; nam quando sublata est reservatio, uterque eamdem habent potestem.

His tamen non obstantibus, prima sententia mihi arridet. Nam, licet inferior hic et nunc possit novum formare judicium super illa peccata, si rursus ei deferantur; tamen nullam ipse habet facultatem mutandi sententiam superioris in judicio prius ab eo lato: principium enim certum est quod inferior nihil potest in legem superioris. — Probabile autem puto id quod dicunt Bonacina ⁸; et Renzi ⁹ cum Sua-

Joan. Sanchez, Select. disp. 14, n. 13. — ¹⁰ Bonac., qu. 5, sect. 3, punct. 3, n. 6. — ¹¹ Part. 3, cap. 4, n. 585. — ¹² Tr. 6, cap. 10, n. 73. — ¹³ Vasq., qu. 94, art. 2, dub. 3, n. 9. — ¹⁴ Cap. 2, sect. 3, qu. 27, v. f. — ¹⁵ Suar., disp. 38, sect. 10, n. 15, v. *Ad-dunt vero... Henrig.*, lib. 5, cap. 22, n. 1. — ¹⁶ Joan. Medina, tr. 2, de Confess., qu. 41, v. *Ex dictis oritur... Fagund.*

rez, Henriquez, Victoria ¹⁰, Medina, Fagundez, etc., quod secunda sententia posset locum habere si gravis accederet causa et non esset facilis accessus ad superiorem; quia tunc inferior licite posset poenitentiam commutare ex praesumpta superioris conniventia.

Dubitatur 3^o. *An confessarius possit commutare poenitentiam extra confessionem.*

Certum est quod alter confessarius nequit extra confessionem mutare poenitentiam, etiam injustam, a primo impositam; ut cum communis sententia dicunt Diana ¹¹ (contra Valentia et Victorellum), Salmant. ¹²; et Croix ¹³ cum Lugo, qui merito oppositam vocat improbabilem. Si vero sit *idem* confessarius qui poenitentiam imposuit, censem Coninck ¹⁴ eum posse poenitentiam commutare extra confessionem, sed non ultra quam infra eundem diem. Sporer ¹⁵ vero cum Soto ¹⁶ et Valentia ¹⁷, extendit ad infra biduum. Busenbaum, et Diana ¹⁸ cum Henriquez, Ledesma ¹⁹, Vivaldo ²⁰, etc., extendunt ad hebdomadam.

²⁰ de 2^o praec. Eccl., lib. 9, cap. 4, n. 21. — ⁴ Part. 2, tr. 15, resol. 53, v. *Sed contrarium... Valent.*, in 3^o Part., disp. 7, qu. 14, punct. 4, i. f. — ⁵ Victorell., in Notis ad Sà, v. *Satisfactio*, n. 5. — ⁶ Loc. cit., n. 74. — ⁸ Lib. 6, part. 2, n. 1293. — ⁹ Lugo, disp. 25, n. 110. — ¹⁰ Disp. 10, dub. 12, n. 102. — ¹¹ Part. 2, tr. 15, resol. 53. — ¹² Henrig., lib. 5, cap. 21, i. f.

Poenitentia nequit commutari ab alio extra confessionem.

Ab eodem potest extra confessionem.

poenitentiae impositae a majoribus tolli nequeant ab inferioribus confessariis.

g) Henriquez non satis accurate citatur ab Elbel; nam, lib. 5, cap. 22, n. 1, potius tenet sententiam quae S. Alfonso arridet; dicit enim posse commutari, «quando non est facilis recursus ad superiorem, et difficile potest poenitens implere, aut periculum est male implendi ex fragilitate ipsius». — Navarrus patiter male allegatur a Salmant.; in *Manuali* enim, loc. cit., contrarium tenet; et licet in consil. 3, de voto, dicat quemlibet confessarium posse commutare poenitentiam injunctam a superiore; at sane in consil. 25, de poenit. et remiss., dicit inferiori posse commutare poenitentiam pro reservatis impositam, «ob necessitatem vel utilitatem».

h) Sà, v. *Satisfactio*, n. 5, etsi hic a Salmant. allegatur, attamen simpliciter dicit alium confessarium posse poenitentiam commutare, «etiamsi prior fuerit episcopus aut Papa». — Et Dicastillus, disp. 14, dub. 8, n. 120 et 123; Gabriel a S. Vincentio, disp. 12, q. 5, v. *Unum dubium*; Fernandez de Cordova, *Instructio de Confessore*, part. 1, docum. 9, § 2, n. 5, simpliciter tenet hanc

sententiam, nec solum eam probabilem existimat.

i) Bonacina, loc. cit., punct. 3, n. 6, dicit poenitentiam impositam pro reservatis, posse ab inferiori commutari, «justa interveniente causa, qualis est pia utilitas poenitentis, vel necessitas, vel magna difficultas in perficienda poenitentia». Non tamen requirit impotentiam adeundi superiorem.

j) Victoria a Renzi citatur ex Fagundez, sed silet de hoc argumento.

k) Sporer, part. 3, cap. 4, n. 586, dicit: «aut saltem intra triduum»; sed non citat Sotum nec Valentia pro hoc asserto, quamvis Sotus, dist. 20, qu. 2, art. 3, v. *Tandem ipse*, admittit id posse fieri, si quis «hodie vel heri quempiam absolvit, [et] poenitens recurrat «cras vel postridie».

l) Martinus de Ledesma a Diana ex Henriquez citatur; sed Henriquez eum allegat pro alio quodam asserto.

m) Vivaldus, *de Satisfact.*, n. 37, concl. 2, (al. n. 30), hanc et alias refert opiniones, et quidem recitative tantum: «Si poenitens, inquit, intra breve tempus recurrat ad eundem confessorem, potest commutare vel mi-

Immo Lugo, Antonius, Gabriel, etc., apud Salmant.¹, id permittunt adhuc per longius intervallum. — At verius puto dicendum cum sententia communiori, quam tenent Bonacina², Concinna³; et Salmant.⁴ cum Suarez⁵, Navarro⁶, Silvestro⁷, Beja⁸, Reginaldo⁹, Praeposito¹⁰ et Dicastillo¹¹, id tantum posse admitti, si fiat statim post absolutionem antequam poenitens discedat; quia tunc tantum videtur moraliter perseverare idem judicium¹².

530. — Cum autem valde proficuum possit esse poenitentibus, ut facilius inducantur ad majorem poenitentiam acceptandam et fortius a peccatis absterreantur, eis indicare poenitentias quae olim in *canonibus poenitentialibus* erant praescriptae pro aliquibus criminibus (ut movent Catechismus Romanus, D. Antoninus et D. Carolus Borromaeus); ideo hic operae pretium duxi adjicere aliquos principiores ex dictis *canonibus* secundum ordinem decalogi, videlicet:

Circa I Praeceptum. 1. Qui a fide descerit, poenitentiam aget annis decem. — 2. Qui auguriis et divinationibus servierit, quive incantationes diabolicas fecerit, poenitens erit annis septem. — 3. Respiciens furta in astrolabio, poenitens erit annis duobus. — 4. Si quis ligaturas aut fascinations fecerit, poenitens erit duos annos. — 5. Qui magos consuluerit, in poenitentia erit annos quinque.

Circa II Praeceptum. 1. Quicumque sciens pejeraverit, quadraginta dies in pane et aqua, et septem sequentes annos poeniteat, et nunquam sit sine poenitentia; et nunquam in testimonium recipiat. — 2. Qui perjurium in ecclesia fecerit, poenitentiam aget annos decem. — 3. Si quis

Lugo, disp. 25, n. 112. — *Anton. a Spir. S.*, Director Confess., tr. 5, disp. 21, num. 1632. — *Gabr. a S. Vinc.*, part. 12, qu. 5, quaer. 2. — *Tr. 6*, cap. 10, num. 75. — ⁵ Qu. 5, sect. 3, punct. 3, num. 7. — ⁶ Lib. 1, diss. 5,

Deum vel B. Virginem vel aliquem Sanctum publice blasphemaverit, prae foribus ecclesiae diebus dominicis septem in manifesto dum Missarum solemnia aguntur stet, ultimoque ex illis die sine pallio et calceamentis, ligatus corrigia circa collum; septemque praecedentibus feriis sextis in pane et aqua jejunet, ecclesiam nullo modo ingressurus. Singulis item illis septem diebus dominicis, tres aut duos aut unum pauperem pascat si potest; alioquin alia poenitentia afficiatur. Recusanti ecclesiae ingressus interdicatur, et in obitu ecclesiastica careat sepultura. — 4. Qui votum simplex violaverit, poeniteat tribus annis.

Circa III Praeceptum. 1. Qui opus ali- quod servile die dominico festove fecerit, poenitentiam aget tres dies in pane et aqua. — 2. Si quis jejunia a S. Ecclesia indicta violaverit, poenitentiam aget dies viginti in pane et aqua. — 3. Qui in quadragesima jejunium violaverit, pro uno die poenitentiam aget dies septem. — 4. In quadragesima carne sine inevitabili necesseitate vescens, in Pascha non communicet; ac praeterea a carne abstineat.

Circa IV Praeceptum. 1. Qui parentibus maledixerit, quadraginta dies poenitens sit in pane et aqua. — 2. Qui parentes injuria affecerit, tres annos. — 3. Qui percusserit, annos septem. — 4. Si quis contra episcopum, pastorem et patrem suum insurrexit, in monasterio omnibus diebus vitae suaे poenitentiam aget. — 5. Si quis episcopi aut ministrorum ejus vel parochi sui praecelta contempserit vel irriserit, poenitentiam aget dies quadraginta in pane et aqua.

Circa V Praeceptum. 1. Qui presbyterum occiderit, poeniteat duodecim annis. — 2. Si quis patrem aut matrem, fratrem

cap. 10, num. 17. — ⁴ Loc. cit., num. 75. — *Catech. Rom.*, part. 2, cap. 5, qu. ult., num. 79. — *D. Anton.*, part. 3, tit. 17, cap. 20. — *D. Carol. Borrom.*, Instruct. Poenit., § De modo imponendae poenit.

dub. 9, num. 117, dicens posse poenitentiam commutari, « quando moraliter censemur in eodem actu judicii perseverare, ut si poenitens petat paulo post absolutionem ».

¹²) Omnes isti auctores citantur a Salmant. pro alio quod addunt asserto; quamvis Dicastillus, loc. cit., n. 129, hoc plane nostrum habeat; et fere etiam Praepositus, qu. 12,

aut sororem occiderit, toto vitae suaे tempore non suscipiat Corpus Domini nisi in obitu; abstineat a carne et vino dum viixerit; jejunet secunda et quarta et sexta feria. — 3. Si quis hominem occiderit, ad januam ecclesiae semper erit, et in obitu communionem recipiet. — 4. Qui homicidii auctor fuit ob consilium quod dedit, poenitentiam aget quadraginta dies in pane et aqua cum septem sequentibus annis. — 5. Si qua mulier sponte abortum fecerit, poenitentiam aget annos tres; si nolens, quadragesimas tres. — 6. Qui nolens filium oppresserit, poenitentiam aget dies quadraginta in pane et aqua, oleribus ac leguminibus: abstinebit ab uxore dies totidem. Deinde poenitens erit tres annos per legitimas ferias: tres praeterea quadragesimas in anno observabit. — 7. Qui sceleris occultandi causa filium necavit, poenitentiam aget annos decem. — 8. Si quis per iram subitam aut per rixam hominem necarit, poenitentiam aget annos tres. — 9. Si quis aliquem vulneraverit vel ei aliquod membrum praeciderit, poenitentiam aget unum annum per legitimas ferias. — 10. Si quis ictum proximo dederit nec nocuerit, tridui poenitentiam aget in pane et aqua.

Circa VI Praeceptum. 1. Si laicus solitus cum femina soluta concubuerit, poenitens erit tres annos. — 2. Qui turpiloquio aspectuque polluitur negligens,... poenitentiam aget viginti dies. — 3. Qui cum uxore sua turpiter concubuerit, poenitens erit quadraginta dies. — 4. Qui cum duabus sororibus fornicatus fuerit aut filiam spiritualem violaverit, perpetuam poenitentiam aget. — 5. Qui incestum fecerit (non ita enormem) poenitens erit duodecim annos. — 6. Qui monialem vio-

530. — ^{a)} Aliter in Corp. Juris et apud S. Carolum *Instruct. pastor.*, Append.: Si cri-

men sit manifestum, debet deponi, « et peregrinando quindecim annis poeniteat ».

laverit, poenitens sit annos decem. — 7. Si qua mulier cerussa aliove pigmento se oblinit ut aliis viris placeat, poenitentiam aget annos tres. — 8. Si presbyter cognovit filiam suam spiritualem, quam scilicet baptizavit vel quae sibi confessa fuit, debet poenitentiam agere duodecim annos. Et si crimen sit manifestum, debet deponi; et peregrinando duodecim^{a)} annos poeniteat: et postea monasterium intret, tota vita sua moraturus ibidem. — 9. Pro adulterio septennii et decennii poenitentia imponitur. Pro osculo seu amplexu impudico triginta dierum poenitentia statuitur.

Circa VII Praeceptum. 1. Si quis furum de re minori... fecerit, poenitentiam aget annum unum. — 2. Qui furatus est aliquid de ecclesiae supellectili vel thesauro, vel pecuniam ecclesiasticam oblationesve ecclesiae factas, poenitens erit annos septem. — 3. Qui decimam sibi retinuerit aut dare neglexerit, quadruplum restituet et poenitentiam aget dies viginti pane et aqua. — 4. Qui usuras accipit, rapinam facit..., poenitentiam aget annis tribus, uno in pane et aqua.

Circa VIII Praeceptum. 1. Qui falso testimonio consenserit, poenitens erit annos quinque. — 2. Falsarius in pane et aqua poenitentiam agat quamdiu vivit. — 3. Si quis de proximo facile detraxerit, poenitens erit dies septem in pane et aqua.

Circa IX et X Praeceptum. 1. Rem alienam nefarie concupiscens avarusque poenitens erit tribus annis. — 2. Si quis concupiscit fornicari: si episcopus, poenitens erit annos septem; si presbyter, quinque; si diaconus vel monachus, tres; si clericus aut laicus, annos duos.

ARTICULUS II.

DE SATISFACTIONE PER INDULGENTIAS.

§ I.

Quid sit Indulgentia, et quid ad eam requiratur.

531. *Quid sit indulgentia.* — 532. *Quae causa requiratur ad indulgentiam lucrardam.* — 533. *Quae requirantur conditiones.* — 534. *Vide resolutiones.* — Et signanter n. 9. *An omnia opera fieri debeant in gratia.* — Et n. 10. *An requiratur status gratiae ad lucrardam indulgentiam pro defunctis.* — Et n. 19. *An peccatum veniale non remissum impediat lucrari indulgentiam quoad alia remissa.*

Indulgentia, quid.
531. — « Resp. I^o. Indulgentia est gratia qua, certo aliquo opere quod concedens praescribit praestito, debita Deo poena temporalis (non autem culpa) extra sacramentum, sacrificium et martyrium, per applicationem satisfactorum Christi et Sanctorum remittitur: idque, vel per modum absolutionis erga subditos Ecclesiae; vel nudae solutionis erga non subditos, ut defunctos et catechumenos ^{a)}, quibus proinde tantum dantur indulgentiae per modum suffragii. — Suarez, Coninck, Filliucci, Sanctarellus, Bonacina ¹.

532. — « Resp. II^o. Ad valorem indulgentiae requiritur causa pia et rationabilis; eaque (ut habet sententia communior Suardi et aliorum) proportionata effectui et quantitati indulgentiae, saltem secundum concedentis prudentem aestimationem, petendam, non ex operis tantum difficultate, sed fine intento et operis ad ipsum utilitate. Ratio desumitur ex natura dispensationis bonorum, quae sine causa ab inferiore facta non valet, et est dissipatio. — Ita auctores citati ».

Communis est sententia concessionem indulgentiarum sine causa esse illicitam et invalidam. — Vide Lugo ² et Wigandt ³.

Suar., disp. 49, sect. 4. — Coninck, disp. 12, dub. 2 et 3. — Fill., tr. 8, num. 60 et seqq.; num. 202 et seqq. — Sanctarell., de Jubilaeo, cap. 3, dub. 5. — ¹ Disp. 6, de Indulg., qu. 1, punct. 1; cfr. punct. 6, num. 6 et 7. — Suar., disp. 54, sect. 3, n. 8 et seqq. — ² Disp. 27, n. 188

An vero causa debeat esse proportionata?

Negant aliqui apud Suarez ⁴. — Sed verius affirmant Suarez ⁵; et Lugo ⁶ cum Adriano, Cajetano et communiter. Nec obstat D. Thomas ⁷, quem contrarii pro se laudant; nam ibi S. Doctor negat requiri aequalitatem operum cum poena debita culpis, non autem proportionem cum culpa. Idem sentit Bellarminus ⁸. Sed bene advertit non esse subditorum judicare utrum causa justa sit vel non; debent enim simpliciter existimare justam esse.

533. — « Resp. III^o. Ad lucrandas indulgentias requiruntur hae conditiones:

« 1^o. Ut sit baptizatus.

« 2^o. Ut sit subditus concedentis.

« 3^o. Ut non sit ligatus excommunicatione maiore (ut habet communis); quia haec privat communione bonorum spiritu ritualium.

« 4^o. Ut sit in gratia, saltem tunc quando opus praescriptum completetur; quia poena non remittitur ante culpam ». — [Vide infra, n. 534 ad 9, apud Busenbaum].

« 5^o. Ut opus injunctum moraliter totum et integre impleatur.

« 6^o. Ut opus praescriptum sit honestum, saltem ex objecto: nam sufficit

et 139. — ⁴ Tract. 14, num. 91. — ⁴ Disp. 54, sect. 3, n. 1. — ⁵ Loc. cit., n. 8. — ⁶ Disp. 27, n. 141. — Adriani, in 4, de Clavib., de Indulg., concl. 2 et §§ seqq. — Cajetan., Opusc., tom. 1, tract. 9, qu. 1. — ⁷ De Indulg., lib. 1, cap. 12.

531. — ^{a)} Suarez, Coninck, Filliucci, Bonacina, locis citandis, negant indulgentias prodesse catechumenis.

532. — ^{a)} S. Thomas, in 4, dist. 20, qu. 1, art. 3, solut. 2, corp., negat causam indulgentiae esse devotionem, laborem, eleemosynam aut id pro quo fit indulgentia: « Unde

non oportet ad aliquod horum proportionare quantitatem remissionis, sed ad merita Ecclesiae, quae semper superabundant ». Et ad 1: « In arbitrio dantis indulgentiam, inquit, est taxare quantum per indulgentiam de poena remittatur; si tamen inordinate remittat, ita quod homines quasi pro nihilo ab operibus

large sunt interprætandæ (nisi sint de poenitentiis injunctis, ut ex Henriquez, etc., notat Amicus ⁸), servata tamen verborum priuatem. — Unde censendæ sunt perpetuae, si datae sunt sine temporis restrictione.

« vitiatum ex fine in honore veniali vel ex alia circumstantia prava, ut docent Suarez et alii communiter, contra Coninck ^{a)}, saltem si nihilominus conducat ad finem Pontifici propositum, ut limitat Laymann. — Ratio prioris est, quia illud opus per rurique complet causam indulgentiae, quae debet esse pia. Ratio posterioris: quia ratio injuncti operis est assecutio finis intenti a Pontifice. — Vide Laymann, Bonacina ¹ ».

Alli distinguunt, ut Mazzotta ²; et Bonacina ³ cum Navarro, Valentia ⁴, Coninck ⁵, Reginaldo, etc. communiter, quod si culpa venialis afficit substantiam operis, putasi quis oret vel det eleemosynam ob vanam gloriam ⁶, tunc non lucratur indulgentiam (vide n. 536, ad 18). — Secus, si non est circa substantiam, ut si quis oret distracte. Ita Mazzotta ⁴ cum Suarez ⁷, etc., ut supra communiter; contra Wigandt ⁵, qui id negat, si indulgentia sit data ad Deum placandum.

534. — « Unde resolves:

« 1^o. Indulgentias etiam frui potest qui eas concessit.

« 2^o. Non expirant morte concedentis ^{a)}, cum sint gratiae; nec (ut habet S⁴) ante notitiam revocationis.

« 3^o. Etsi intelligendae sint ut sonant ^{b)};

Suar., disp. 52, sect. 6, n. 2. — Laym., lib. 5, tr. 7, cap. 6, n. 4. — Laym., lib. 5, tr. 7, cap. 6, n. 1 et seqq. — ¹ Disp. 6, de Indulg., qu. 1, punct. 3. — ² Tr. 1, Append., cap. 3, v. f. — ³ Loc. cit., punct. 5, n. 15. — Navar., de Indulg., notab. 19, n. 6; et notab. 32, n. 45. — Regin., lib. 7, n. 188. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ Tr. 14, n. 92 et 93. — S⁴, v. Indulg.

poenitentiae revocentur, peccat faciens tales indulgentias; nihilominus quis plenam indulgentiam consequitur ».

533. — ^{a)} Quidquid dicat Busenbaum, Coninck, disp. 12, dub. 8, v. f., idem tenet ac Suarez. Si finis operis esset venialis, « probabile... esset, inquit, talem lucraturum indulgentias. Quod multo verius est de illo qui simpliciter facit opus ob finem bonum, sed interim ex alia occasione peccat venialiter, quia hoc non impedit quin opus absolute sit bonum ».

^{b)} Valentia, quamvis hic a Bonacina citetur, aliam tamen distinctionem adducit, disp. 7, qu. 20, punct. 5, v. Ego vero, negans requiri ut opus sit bonum secundum omnes circumstantias, si sit opus externum; si vero sit opus internum seu spirituale, asserit necesse esse ut sit bonum saltem moraliter

cum tamen sint gratiae, large sunt interpretandæ (nisi sint de poenitentiis injunctis, ut ex Henriquez, etc., notat Amicus ⁸), servata tamen verborum priuatem. — Unde censendæ sunt perpetuae, si datae sunt sine temporis restrictione.

« 4^o. Etsi data pro articulo mortis, secundum S⁴, expiret quando semel est accepta; contrarium tamen est probabile, ob rationem datam.

« Illa autem non requirit applicationem confessarii aut alterius ministerium. Quintanadvenas ⁷. — Expediet tamen moribundos ad invocationem nominis Jesu et Mariae saepius excitare, simul que in memoriam revocare intentionem lucrandi istas indulgentias. (Ibid. ⁸). Probabile enim est, si habeat plures imagines, grana, rosaria, etc., benedicta, posse (sive intuitu ejusdem concessionis sive diversarum) toties lucrari quoties nomen Jesu repetierit, vel praestiterit opus re quisitum. Ibid. ⁹ ex Suarez, Granado, etc.

« Sufficit autem ad eas lucrandas quod vis tempus in quo verificatur mortis articulus, etsi pluribus diebus ab ipsa morte absit. — Ibid. ¹⁰.

« 5^o. Possunt moribundi plures indulgentias plenarias, ob plures titulos con-

Larguntur interprætandæ.

Quid de indulgentiis pro moribundis.

undeque, ut per se saltem placeat aliquo modo Deo ».

« Coninck non satis accurate citatur a Bonacina; vide notam ^a.

« Si videlicet ob solam vanam gloriam fiat, ut habent Mazzotta et Bonacina.

« Suarez non citatur pro hac parte a Mazzotta; et re vera, disp. 52, sect. 6, n. 3, negat impediri indulgentiam, quamvis quis peccet in operando per aliquam irreverentiam aut distractionem; quin etiam, quamvis habeat cum intentione lucrandi, aliam intentionem peccaminosam, « quae non solum concomitant se habeat, sed etiam influat in actum, ita ut communice illi malitiam ».

534. — ^{a)} Nisi adsit clausula: Ad beneficium nostrum, ut limitat S. Doctor in Hon. apost., tr. 16, n. 62.

« Error enim, licet communis, non sup-

« cessas, simul lucrari; v. gr. quia habent « plura rosaria vel grana, crucis imagi- « nesve, quibus sunt applicatae; vel titulo « suae religionis, confraternitatis, etc.: « dummodo non requirant certa opera pro « speciali necessitate applicanda. Quinta- « nadvenas¹. — Idque, etiam si eas vel « earum aliquas ignorent aut non recor- « dentur. Ibid.², ex Lugo³, Diana et aliis « sex; contra Rodriguez, Trullench, etc.

« 6º Requiritur autem ut moribundus « crux, granum, imaginem, etc., secum « habeat in articulo mortis, ut ratione « illius lucretur: et quidem, ut tutius ac « certius obtineat, ejus habeat dominium « seu possessionem et apud se teneat. — « Non tamen est necesse ut collo appensa, « brachio obvoluta, manuva apprehensa « sint (etsi aliquo horum modorum habere « sit tutius); sed sufficit esse in lecto vel « juxta moribundum; licet ipse nec videat « nec tangat, nec sciat aut recordetur se « habere (nisi aliud exprimatur). — Suffi- « ciet etiam habere commodata, seu quoad « usum (praesertim si id in ipso indulto « exprimatur, ut in Caroli Borromaei et « quinque Sanctorum fit). — Neque ne- « cesse est retinere donec expiret (etsi et « hoc sit tutius); sed sufficit in aliquo mor- « tis articulo habere, in eoque nomen Jesu « (si hoc requiritur) invocare. — Ibid.⁴.

« 7º Concessae vivis non possunt ap- « plicari defunctis, nisi id exprimatur; quia « pendent a voluntate concedentis.

« 8º Probabile est concessam pro certo « tempore posse saepius obtineri repe- « tendo opera praescripta, v. gr. eadem « die (nisi addita sit restrictio); quia favo-

¹ Append., tr. 9, dub. 4, num. 1. — ² Loc. cit., num. 1 et 2. — ³ Diana, part. 4, tr. 4, resol. 24. — ⁴ Rodriguez, in bull. Cruciat., § 8, n. 9. — ⁵ Trull., in bull. Cruciat., lib. 1, § 6, dub. 2, num. 5. — ⁶ Loc. cit., dub. 6, num. 4 et seqq. — ⁷ Henriquez, lib. 7, cap. 11, n. 1. — ⁸ Rodriguez, in bull. Cruciat., § 8, num. 15. — ⁹ Disp. 27, num. 96. — ¹⁰ Cajetan., Opusc. de Indulg., tr. 15, cap. 9. — ¹¹ Comitol., Resp. mor., lib. 1,

plet praescriptae conditionis defectum, juxta S. Doctorem in *Hom. apost.*, loc. cit.

c) Ita sane docet Lugo, disp. 27, sect. 6, n. 82, quamvis pro hac ampliatione a Quintanadvenas non citetur.

d) Ita profecto prius docuerat Navarrus, de Indulg., notab. 17, num. 11; et notab. 19, num. 7 et seqq., ut ipse dicit; sed postea, notab. 19, num. 17, doctrinam suam limitavit,

« res sunt ampliandi. Ita Henriquez et Ro- « driguez. — Contrarium tamen videtur « probabilior, ob voluntatem concedentis « contrariam rationabiliter praesumptam. « Vide card. de Lugo⁴.

9º « Etsi consultum sit ut opera omnia « fiant in gratia; id tamen non videtur « simpliciter necessarium. Laborandum « tamen est concionatoribus et confessio- « riis, ut, cum Indulgentiae promulgan- « tur, populum ad seriam confessionem « excitant ».

Quaeritur: *an ad lucrandam indulgen- tiam omnia opera debeant fieri in statu gratiae?*

Affirmant Navarrus⁴, Cajetanus et Comitolus, apud Croix⁵. — Alii vero, ut Bellarminus⁶ et Wigandt⁷, distinguunt: affirmant, si indulgentia est indicta ad Deum placandum; secus, si ad alium finem, puta ad subsidium pauperum, aedificatio- nem templi. — Alii tandem communius et probabilior dicunt sufficere, si ultimum opus fiat in gratia. Ita Concina⁸ cum com- muni, Suarez⁹, Palaus¹⁰, Croix¹¹; et Viva¹² cum Bonacina, Bossio, etc. Ratio, quia talia opera saltem disponunt ad Deum pla- candum, et vim habent saltem de congruo. Et huic sententiae adhaesit noster Pon- tifex Benedictus XIV in sua constit. *Inter praeteritos*, ubi dixit: *A fructu indulgentiae minime excludendos illos existima- viimus, qui, non praemissa confessione, vi- sitationem... incipiunt..., dummodo, quando opus ultimum perficiunt..., in statu gratiae sint.*

10º Ut quis lucretur pro defunctis, « probabiliter non requiritur ut sit in gra-

Consultum est ut opera omnia opera fiant in gratia.

Probabilior sufficit ut ultimum opus in gratia ponatur.

Omissiones im- pedientes indulgentiam.

qu. 37, num. 2. — ⁴ De Indulg., lib. 1, cap. 13, v. *Alii tamen*. — ⁵ Tr. 14, num. 92. — ⁶ Lib. 1, diss. 5, cap. 11, n. 34. — ⁷ Disp. 52, sect. 5, num. 9. — ⁸ Tr. 24, punct. 8, n. 3. — ⁹ Lib. 6, part. 2, n. 1410. — ¹⁰ De Jubil., qu. 6, art. 2, n. 4. — ¹¹ Bonac., disp. 6, de Indulg., qu. 1, punct. 5, n. 10. — ¹² Boss., de Jubil., sect. 4, cas. 11, num. 12. — ¹³ Bened. XIV, const. *Inter praeteritos*, diei 3 Decembr. 1749, § 76.

dicens satis esse ad jubilaeum lucrandum, ut opus principale in statu gratiae peragatur, v. g. visitatio ecclesiarum, licet iter peractum esset in peccato; praeterea, si pars operis in gratia peragitur, par tem proportionatam indulgentiae haberi, ex voluntate praesumpta Pontificis.

e) Auctores isti citantur, non apud Croix, sed apud Viva, de Jubil., qu. 6, art. 2, n. 4.

« tia; quia tantum ponit opus tamquam « conditionem: quo posito, Pontifex appli- « cat defuncto indulgentiam, sive satisfa- « ctiones Christi et Sanctorum. Ita Escobar¹ ex Suarez², et Praepositus³. — « Contrarium tamen docet card. de Lu- « go⁴, requirens statum gratiae, saltem « in fine operis: quae sententia tutior est ».

Et haec verior mihi videtur cum Wi- « gandt⁵; quia nemo potest alteri applicare indulgentiam, nisi prius eam fecerit suam. — Hic autem notandum cum eodem Wi- « gandt⁵ quod, licet effectus indulgentia- « rum pro vivis sit infallibilis, non est ta- « men infallibilis pro defunctis, cum pro eis nulla adsit promissio; unde Deus ipsas acceptat tantum ad suum beneplacitum.

11º Opus praescriptum dum fit, debet « esse utile ad finem a concedente inten- « tum; qualis est v. gr. eleemosyna praes- « scripta pro redemptione captivorum: etsi « fiat cum aut in peccato (modo aliud opus « ei injunctum et praescriptum in gratia « fiat; vide card. de Lugo⁶); non autem « oratio praescripta ad placandum Deum, « si ipsam sit peccatum ex mala circum- « stantia; ut nec jejunium, si te inebries; « item nec visitatio ecclesiarum sine ulla « devotione. — Ita Laymann, Bonacina « et alii.

12º Possunt uno et eodem opere plu- « res indulgentiae, diversis viis conces- « sare, lucrificari, si opus sit aequum utile ad « finem utriusque indulgentiae, nec sit ite- « rabile intra idem tempus, v. gr. jejunium « vel communio. — Ita Praepositus et Lay- « mann.

13º Non lucrantur indulgentias: 1º Qui « ex impotencia vel ignorantia sive totum

¹ Tr. 7, exam. 5, n. 45. — ² Qu. 14, dub. 10, n. 93. — ³ Disp. 27, num. 75 et 76. — ⁴ Tr. 14, num. 96, resp. 3. — ⁵ Loc. cit., n. 97. — ⁶ Disp. 27, n. 84. — ⁷ Laym., lib. 5, tr. 7, cap. 6, num. 4. — ⁸ Bonac., disp. 6, de Indulg., qu. 1, punct. 5, n. 15. — ⁹ Praepos., qu. 14, dub. 10, n. 95. — ¹⁰ Laym., loc. cit., num. 6. — ¹¹ Loc. cit., num. 16, 17, 20 et 21. — ¹² Navar., de Rosario, miscell. 14, n. 2. — ¹³ Lib. 7, n. 183. — ¹⁴ Loc. cit., n. 24. — ¹⁵ Bonac., loc. cit., n. 22. — ¹⁶ Sá, v. *Indulgentia*, num. 4. — ¹⁷ Loc. cit., n. 27. — ¹⁸ Loc. cit., n. 21 et 24. — ¹⁹ Fill., tr. 8, cap. 6, num. 166. — ²⁰ Suar., disp. 52, sect. 5, num. 3. — ²¹ Sá, v. *Indulgentia*, n. 4. — ²² Bonac., disp. 6, de Indulg., qu. 1, punct. 5, n. 26.

f) Suarez, quamvis ab Escobar non cite- « tur, tenet tamen hanc sententiam, disp. 53, « sect. 4, n. 6.

g) Henriquez et Cajetanus a Bonacina non citantur pro hac propositione; quamvis Hen- « riquez, lib. 7, cap. 10, n. 3 et 4, eam revera- « teneat.

h) Suarez et Sanchez non citantur a Bo-

« opus praescriptum sive notabilem ejus « partem omittunt; v. gr. si puer vel « senex non jejunet: nisi tamen ob gra- « vem difficultatem hoc opus ei in aliud « sit commutatum. — Henriquez², Cajetanus³, Bonacina⁴. Qui opera injun- « cta in alio loco, tempore vel ordine per- « fecit quam praescriptum est; vel per « alium, qui fuerit causa principalis, ut si « per alium jejunari, ecclesias visitarit. « — Navarrus, Reginaldus⁵, Bonacina⁶.

7º Qui famulo tradidit eleemosynam ero- « gandam, quam is retinuit; ut habet Bo- « nacina ex multis, contra Sá. 4º. Qui ali- « quid omittit quod, secundum senten- « tiā probabilem vel probabilem, non « est necessarium, si tamen sit necessa- « riū re ipsa; quia communis error non « supplet defectum. — Ita Bonacina¹⁰ ex « Suarez¹¹, Sanchez¹² et aliis.

14º Non obstat effectui indulgentiae: « 1º Etsi ex opere requisito modicum quid « omittatur, v. gr. caeremonia in Sacro; « vel si parum comedas in jejunio; quia « opus requisitum praestes per alium ha- « bentem se ut instrumentum, v. gr. in ele- « mosynā danda. — Bonacina¹¹. 3º Si ele- « mosynam des exiguum: nisi tamen in « bullā exprimatur¹² dandam esse pro « cuiusque facultate; tunc enim major « danda est a divite quam alio. — Ita Fil- « liuccius, Suarez, Sá et alii. 4º Si Eccle- « siam visitandam non possis ingredi ob « hominum multitudinem: dummodo ora- « tio fiat ante fines vel in coemeterio. — « Bonacina. 5º Etsi in opere praestito non « habueris intentionem consequendi indul- « gentias; ut docent Salas¹³, Bonacina¹⁴ et

Omissio- « nes non ob- « stantes in- « indulgentiae.

nacina pro hac sententia; nec loc. cit., id habent.

i) Limitatio ista non reperitur apud Su- « rez neque apud Sá.

j) Salas, de Legib., disp. 17, sect. 5, n. 31, perspicue rem innuit, dicens ignoratam indulgentiam lucrificari posse. — Bonacina vero, de Legib., disp. 1, qu. 1, punct. 10, num. 9,

« alii, contra Suarez. — Et videtur certum, « saltem si habueris interpretativam; ut « habet Laymann ». [Et Wigandt¹, Viva²; Croix³ cum Lugo, Molina⁴, Pellizzario, Gobat, etc.]. « 6°. Etsi opera fuerint aliunde « debita, v. gr. ex praecepto Ecclesiae. — « Ita Laymann.

« 15°. Quando datur potestas commu- « tandi opera praescripta in alia, id non « necessario fit in confessione et a con- « fessario qui audit confitentem; sed po- « test fieri extra et ab alio idoneo. — Ita « enim declarat Gregorius XIII (uti et in « bulla indulgentiae, nomine confessarii « intelligi quemvis approbatum), apud Hen- « riquez² et Praepositum³.

« 16°. Probabilis est eum qui tantum « partem operis praescripti facit, non lu- « crari partem indulgentiae: nisi tam pa- « rum desit, ut censeatur moraliter inte- « grum. — Ita Bonacina⁴ ex Navarro, Sua- « rez, Coninck, etc.

« 17°. Dum praescribitur ut visitentur « aliquot altaria, sufficit ad illa se orando

Suar., disp. 52, sect. 6, n. 5. — Laym., lib. 5, tr. 7, cap. 6, n. 5. — 1 Tr. 14, n. 95. — Lugo, disp. 27, n. 81. — Pellizzari., tr. 8, cap. 5, n. 250. — Gobat, Quinar., tr. 4, de Indulg., cap. 14, n. 165. — Laym., loc. cit., cap. 8, n. 13. — 2 Lib. 7, cap. 10, n. 8. — 3 Qu. 14, dub. 10, n. 88. — 4 Disp. 6, de Indulg., qu. 1, punct. 5, num. 20. — Navar., de Jubil. et Indulg., notab. 19, n. 17, v. f. — Suar., disp. 52, sect. 5,

negat requiri ad satisfaciendum praecepto, ut opus praestetur cum intentione satisfa- ciendi.

²) Viva, de Jubil., qu. 6, art. 4, num. 1, videtur sic tenere; hanc enim opinionem ultimo loco ponit et affert ejus probationes. Sed in fine addit: « Pro praxi certe consultius est in indulgentia lucrandis, intentionem habere actualem vel virtualem ». — Croix pariter, lib. 6, part. 2, n. 1325, declarat satis esse intentionem interpretativam, sed subdit: « Pro majoritatem securitate expedit mane expresse intentionem formare obtinendi per opera istius diei quidquid per illa obtineri potest ».

³) Molina ita citatur a Portello (*Addit. ad dubia regul.*, v. Indulgentia, n. 7), ex quo desumpta est allegatio: Luciferi scilicet indulgentiam etsi ab ignorantie, « quia, inquit, sic audivi ex ore proprio quondam a P. Molina, magistro meo ».

⁴) Suarez, quidquid dicat Busenbaum, de altariis non loquitur, sed de ecclesiis tan- tum, disp. 52, sect. 1, n. 7.

⁵) Rodriguez male citatur a Busenbaum; nam, in bull. Cruciat, § 8, n. 12, negat posse lucrari indulgentiam illum qui corde tantum

« convertere ex eodem loco; ut habent « Sà, Bonacina, Suarez⁶, Rodriguez⁷, Diana⁸). — Limitat autem card. de Lu- « go⁹, si sit tali loco et situ, ut moraliter « censeri possit orare ad illa altaria.

« 18°. Cum confessio praescribitur, nisi « in bulla exprimatur venialium, probabi- « lius est non requiri ut conditionem sine « qua non, sed ut dispositionem ad sta- « tum gratiae¹⁰). — Bonacina¹¹.

« 19°. Nemo consequitur plenariam in- « dulgentiam peccatorum omnium, nisi « omni culpa, etiam veniali, liber sit, quan- « do ultimum opus explet. Unde consultum « est ut communio sit ultimum. — Vide « Laymann ».

Certum est, peccatum veniale non re- « missum quoad culpam non posse remitti « quoad poenam. — Ita S. Thomas¹², quem « sequuntur Viva¹³, Sporer¹⁴ et alii passim.

Illud tamen veniale non impedit quo- « minus remittatur poena debita aliis pec- « catis jam remissi. Viva¹⁵ et Sporer¹⁶, ac « Wigandt¹⁷; et Renzi¹⁸ cum Laymann et

n. 3. — Coninck, disp. 12, dub. 7, n. 38. — Sà, v. Indul- « gentia, n. 6. — Bonac., qu. 1, punct. 5, n. 25. — 5 Disp. 27, n. 98. — 6 Loc. cit., n. 7. — Laym., lib. 5, tr. 7, cap. 6, n. 2. — 7 Suppl., qu. 27, art. 1. — 8 De Jubil., qu. 6, art. 2, num. 2. — 9 Suppl. sacram., cap. 3, num. 8. — 10 Loc. cit., n. 2. — 11 Loc. cit., n. 8. — 12 Tr. 14, n. 93. — 13 Cap. 2, sect. 4, qu. 17. — Laym., loc. cit., n. 2.

altaria visitat, nisi populi multitudine impe- « diat ne ea corpore visiter. Diana tamen, loc. cit., asserit Rodriguez postea mutasse sententiam.

⁶) Diana, part. 1, tr. 11, resol. 102, refert tantum hanc opinionem, nec judicium de ea profert.

⁷) Contra istam opinionem extat decretum S. Congr. Indulg. diei 19 Maii 1759, (ut notat S. Alphonsus infra) quo statuitur « confessio sacramentalem, quando in Brevibus apponitur pro indulgentiarum consecutione, peragi omnino debere, etiam ab iis qui sibi lethalis peccati consci non sunt ». Satis tamen esse, ex alio decreto diei 9 Decembr. 1763, confessionem hebdomadariam, ad lucrandas quascunque indulgentias (exceptis indulgentiis jubilaei sive ordinarii sive extraordinarii, aliisque ad instar jubilaei concessis), nisi post ultimam confessionem aliquod lethale com- missum fuerit. Novissime vero, per decre- tum 14 Februarii 1906, SS. D. N. Pius PP. X indultum istud ampliavit, et « omnibus christifidelibus, qui in statu gratiae et cum recta piaque mente quotidie sancta de altari libare consuescunt, quamvis semel aut iterum per

hebdomadam a communione abstineant, praefato... indulto frui posse concedit, absque hebdomadariae illius confessionis obligatione,

Quid, si
confessio
praescriba-
tur.

Ad indul-
gentiam
plenariam
requiritur
immunitas
a quo vis ve-
niali.

Veniale
non remis-
sum non
obest indul-
gentiae a
florum.

Indulgentia
plenaria.

Quomodo
differat a
jubilaeo.

Indulgentia
partialis.

Pellizzario. — Nec obstat indulgentiam plenariam concessam fuisse sub ratione totalis remissionis, ita ut si poenam non tollat illius venialis non remissi, nullam tollat. Nam respondetur quod, sicut non repugnat culpam alicujus venialis remitti quin remittatur culpa aliorum: ita et poenam. Pontifex autem, concedendo indulgentiam plenariam, non presumit velle eam restringere tantum ad eos quibus remittuntur omnia venalia, sed potius illam concedere juxta capacitatem subje-

cti, ut remittatur saltem poena venialium illorum quorum culpa remissa est.

Notandum hic quod ad indulgentias lucrandas requiritur confessio peccatorum etiam venialium, si in diplomate legatur: *Qui vere poenitentes, confessi, etc.* Ita ex decreto S. C. Indulg., approbato a Cle- mente XIII, qui publicari mandavit die 19 Maii 1759. — Declaravit autem S. Congregatio confessionem posse etiam expleri in vigilia festivitatis. Sic refert Pater Fer- raris¹.

§ II.

Quotuplex Indulgentia, et quomodo differat a Jubilaeo.

535. Vide quae habentur apud Busenbaum. — 536. Adnotantur sancita a Bened. XIV circa jubilaeum. — 537. Qu. 1. An ad lucrandum jubilaeum omnia opera perfici debeant in una hebdomada. — Qu. 2. An per confessionem invalidam in jubilaeo auferatur reser- vatio censurarum et peccatorum. — Qu. 3. An peccat graviter qui, absolutus a reser- vatis, postea alia opera non implet. — Qu. 4. An qui confessus est in jubilaeo et oblitus sit peccati reservati, possit deinde a quocumque absolvi. Et an obtinere commutatio- nem votorum. — Qu. 5. An confessus animo lucrandi jubilaeum maneat absolutus a reservatis oblitis, si postea non lucretur. — Qu. 6. An possit absolvi qui commisit pec- catum reservatum in confidentiam jubilaei. — Qu. 7. An possit dari absolutio ante satisfactionem partis vel juramentum ejusdem. — Qu. 8. Quinam casus et censure de possint absolvi in jubilaeo. Dub. 1. An possint absolvi publice excommunicati. Dub. 2. An possit dispensari in irregularitate. — 538. Qu. 9. Qui veniant nomine infirmorum, captivorum et itinerantium. — Qu. 10. An sufficiat ad jubilaeum lucrandum oratio mentalis aut modica vocalis. — Qu. 11. An modica eleemosyna. — Qu. 12. An satisfaciat pro jejuniis injunctis implens jejunia alias debita.

535. — « Resp. I^o. Indulgentia alia est to- « talis sive plena, plenior, plenaria, ple- « nissima: quae non tantum poenitentiam « injunctam per confessarium vel cano- « nes, aut secundum hos injungi debitam, « sed etiam omnem purgatoriis poenam « tollit. — Nec differt a jubilaeo, nisi ac- « cidentaliter, privilegiis quibusdam: ut « quod in jubilaeo licita sit dispensatio « in certis votis, absolutio a reservatis « et censuris, et quod confessarius quivis « approbatus possit eligi. — Vide Sà², Bo- « nacina³.

« Indulgentia alia est partialis: qualis « est unius vel aliquot annorum; item « septenae, quadragenae, carenae, etc.;

Pelliz., de Monial., cap. 9, num. 40, v. Assero 2. — ¹ Biblioth., tom. 8, Decret. S. R. C., num. 1623. Cfr. etiam

hebdomadam a communione abstineant, praefato... indulto frui posse concedit, absque hebdomadariae illius confessionis obligatione, quae ceteroquin ad indulgentias eo temporis intervallo decurrentes rite lucrandas neces- saria extaret.

<sup>Tempore
jubilaei
quaedam
indulgen-
tiae suspen-
duntur.</sup>
« ea per modum suffragii possit aliis ap-
plicari. — Vide Bellarminum¹.

« Resp. II^o. Circa *jubilaeum* notanda
« sequentia:

« I^o. Anno jubilaei in Urbe durante,
« suspendi solent tantisper extra Urbem
« omnes indulgentiae plenariae, quoad vi-
« vos, etiam in carceribus (non tamen in
« periculo mortis constitutos, ut, contra
« Laymann², docet Bonacina³ ex decla-
« ratione Urbani VIII facta anno 1625⁴),
« neque quoad defunctos): itemque aliae
« facultates, v. gr. absolvendi a casibus
« bullae Coenae, commutandi vota, dispen-
« sandi, etc., concessae in ordine ad lu-
« crandas plenarias indulgentias.

« Non suspenduntur autem indulgen-
« tiae personis particularibus aut ab alio
« quam Papa concessae, nec privilegia
« religiosorum, v. gr. absolvendi a reser-
« vatis, etc.; quia tantum suspenduntur
« facultates concessae in ordine ad in-
« dulgentias. Ita Sanchez, Henriquez, etc.,
« apud Diana⁵; Filiuccius, Bonacina⁶,
« Benzonius, et denique card. de Lugo⁷,
« ex declaratione Urbani VIII⁸) anno 1625.
« — Similiter neque suspenditur facultas
« concessa episcopis per Tridentinum⁹,
« absolvendi et dispensandi cum suis subdi-
« tis in omnibus casibus Sedi Apostolicae
« reservatis; item, nec dispensandi in irre-
« gularitatibus, in impedimentis matrimo-
« nii aut petendi debitum, etc., quae ex
« jure communi illis competunt. Zerola¹⁰,
« Quintanadvenas¹¹.

¹ De *Indulg.*, lib. 1, cap. 9. — ² Lib. 5, tr. 7, cap. 8,
n. 3. — ³ Qu. 1, punct. 8, n. 2. — *Sanct.*, Decal., lib. 4,
cap. 54, n. 62. — *Henrig.*, lib. 7, cap. 28, n. 7; et cap. 31,
n. 5, comment., lit. s. — ⁴ Part. 1, tr. 11, resol. 100. — *Fili.*,
tr. 8, cap. 10, n. 254. — ⁵ Loc. cit. n. 2. — *Benzon.*, de
Anno jubil., lib. 4, cap. 8, dub. 3 et 5. — ⁶ Disp. 20, n. 145. —
7 Sess. 24, de reform., cap. 6, *Liceat*. — ⁸ *Prax.*, part. 2,

« II^o. Etsi probabile sit quod docet Na-
« varrus¹², saepius lucrifieri posse indul-
« gentias intra jubilaeum extensum ad
« duas septimanas: contrarium tamen ve-
« rius est, quod Congregatio Cardinalium
« declaravit¹³, ut habet Bonacina¹⁰, ex
« Suarez, Sanchez. — Qui¹⁴ tamen affirmat,
« in anno sancto posse obtineri toties quo-
« ties opera praescripta praestantur: idque
« ex declaratione Urbani VIII.

« III^o. Satisfacere tunc:

« 1^o. Qui sabbato ante primam dominici
« cam confitetur; ut habet Laymann, Bo-
« nacina¹⁵) et praxis fidelium. Item, qui
« confitetur et communicat ultima domi-
« nica claudente jubilaeum.

« Caetera tamen opera debere fieri
« ante, et quidem intra unam hebdoma-
« dam, docet cardinalis de Lugo¹⁶, con-
« tra Bonacina⁸.

« 2^o. Qui ordinem intra opera praescri-
« pta non servavit.

« 3^o. Si quis intra illud tempus coepe-
« rit confessionem, quam materialiter im-
« perfectam oporteat differri longius, po-
« test tunc absolvi a reservatis, et com-
« mutari vota: postea vero, extra tempus
« jubilaei, absolvi ab omnibus, etiam quae
« oblitus est, reservatis, ac in oblitis etiam
« dispensari: imo potest postea omnia fa-
« cere confessor finita confessione, quae
« ante; quia, coepita causa, manet potestas
« delegati, donec finiatur. — Ita Sà, Les-
« sius¹⁷, Bonacina¹⁸, Laymann¹⁹, San-
« chez²⁰, Diana²¹.

¹² *Annus sanctus*, ad 3. — ¹³ Append., tr. 8, dub. 16, n. 1.
— ¹⁴ De *Poenit.*, disp. 5, qu. 7, punct. 5, § 2, num. 17. — *Suar.*, de *Refig.*, tr. 6, lib. 6, cap. 16, n. 17. — *Sanct.*, Decal.,
lib. 4, cap. 54, n. 80. — *Laym.*, lib. 5, tr. 7, cap. 8, n. 6. —
¹⁵ Disp. 27, num. 105. — *Sà*, v. *Indulgentia*, num. 14 (edit.
genun.). — ¹⁶ Lib. 2, cap. 40, n. 109. — ¹⁷ Decal., lib. 4,
cap. 54, n. 39. — ¹⁸ Part. 2, tr. 16, resol. 9.

Quale jubila-
laeum pos-
sit plurimi
lucrifieri.

Quando po-
nenda sint
opera.

Clausulae
et conditio-
nes jubilaei
ex Benedi-
cto XIV.

« IV^o. Qui neglexit lucrari jubilaeum
« in patria, potest alibi, dum ibi durat, lu-
« crari. Sanctarellus, Ugolinus, Diana¹.
« — Immo etiam in patria, si tempore
« publicationis ex invincibili ignorantia
« notitiam illius non habuit. Bottonus,
« Diana².

« V^o. Quando duobus diebus immedia-
« tis occurunt duo jubilaeia, quorum sin-
« gula confessionem et communionem re-
« quirunt, non opus est bis confiteri et
« communicare, dummodo perseveres in
« gratia; alia tamen opera repetenda sunt.
« — Turrianus³. Vide Diana⁴.

536. — Ante omnia refert hic adnotare
sancita a nostro Summo Pontifice Bene-
dicto XIV in sua constitutione *Inter praete-
ritos*, edita 3 Decembr. 1749 pro jubilaeo
anni sancti: de qua praecedenter locutus in
allocutione consistoriali, habita die 5 Maii
eodem anno, sic dicit: *Difficultates* (circa
facultates jubilaei) *in unum congerere*,
et... *quaestiones omnes de medio tollere*
non praetermittimus. Addens ibi: Ideo
doctores constitutiones aliorum Pontifi-
cum falso interpretasse, quia non bene
verba ipsarum perpenderunt⁵.

Deinde in praedicta constit. *Inter praete-
ritos*, sic sancivit:

1^o. Per verba: *Vere poenitentibus et
confessis*, intelligi debet actualis confessio.
— (In dicta constit. *Inter praeteritos*, § 7).

2^o. Omnes visitationes ecclesiarum de-
bent perfici uno die, incipiendo diem a
media ad medianam noctem vel a vespera ad
vesperam. — § 13.

3^o. Per clausulam: *Ad beneplacitum
nostrum et Sedis Apostolicae*, non cessant
indulgentiae morte Pontificis. Secus, si
tantum dicatur: *Ad beneplacitum nostrum*.
— § 18.

4^o. Circa suspensionem indulgentia-
rum, quando in indulto dicitur: *omnes et
singulæ*, etiam plenariae suspenduntur.
— § 22.

Sanctarell., de *Jubil.*, cap. 7, dub. 1. — *Ugolin.*, de
Offic. et Potest. episc., cap. 41, § 4, n. 5. — ¹ Part. 3, tr. 4,
resol. 151, v. *Verum*. — *Botton.*, Osservazioni sopra i Giu-
bilei, lib. 2, cap. 5, pag. 181. — ² Loc. cit., resol. 151, i. f.
— ³ Select. disput., part. 2, disp. 31, dub. 64. — ⁴ Part. 4,
tr. 4, resol. 166. — *Bened. XIV*, Allocut. consistor., § 5.

punct. 7, § 3, n. 14; Laymann, lib. 5, tr. 7,
cap. 8, n. 9, excipiunt commutationem voto-
rum quam quis tempore jubilaei ex obliuione
petere omisit.

5^o. Indulgentiae pro vivis non possunt
applicari pro defunctis. — § 23.

6^o. Tempore jubilaei anni sancti ma-
nent suspensae facultates regularium
absolvendi a casibus bullae Coenae et
reservatis Sedi Apostolicae et vota com-
mutandi, sive sint concessae intuitu indul-
gentiarum sive ob alias causas. — § 26
et 32.

7^o. Vi jubilaei nequit absvolvi haeresis
externa. — § 38.

8^o. Quando dicitur: *Commutatio voto-
rum fiat dispensando*, principaliter debet
attendi ad commutationem, ita ut mate-
ria subrogata non sit exorbitanter minor.
Secus, si dicatur: *Dispensatio fiat com-
mutando*. — § 45.

9^o. Facultas dispensandi non includitur
in facultate commutandi. — § 47.

10^o. Quod ad irregularitates pertinet
(quidquid sit de controversia num sub no-
mine censurae irregularitas ex delicto
comprehendatur), datur facultas dispensan-
di ab occulta irregularitate ob violatio-
nem censoriarum dumtaxat. — § 50.

11^o. Facultas commutandi pia opera
non intelligitur data circa confessionem
et communionem (praeterquam cum pue-
ris) aut orationem necessariam in visita-
tione. Nec commutatio fieri potest ad
opera aliunde debita. Nec jubilaeum acqui-
ri potest per opus alias debitum (puta si
quis ex legato teneatur dare eleemosy-
nam pauperi): nisi qui indulgentiam con-
cedit nominatim dicat quod per praedi-
cum opus acquiri possit; id enim saepe
contingit, cum inter injuncta opera trium
dierum jejuniū praescribitur, dies nomi-
natim indicando, ex. gr. dicitur quod esse
debeant tres dies quatuor temporum Se-
ptembbris. § 53. — Item, commutatio fieri
debet in opera ejusdem naturae. — § 53.

12^o. Praeter excommunicationem ma-
jorem Pontifici reservatam in constit. *Apo-
stolici muneri* impositam sacerdoti com-
pletare, lib. 2, cap. 5, pag. 181. — ² Loc. cit., resol. 151, i. f.
— ³ Select. disput., part. 2, disp. 31, dub. 64. — ⁴ Part. 4,
tr. 4, resol. 166. — *Bened. XIV*, Allocut. consistor., § 5.

536. — a) Textus Benedicti XIV sic habetur:
« Quod sane [quaestionum agitatio] non con-
tingisset, si legentes hujusmodi facultates accu-
ratius earumdem verba perpendissent qui-

plici in peccato turpi, qui extra mortis articulum confessionem excipit poenitentis eumque absolvit; vel qui in articulo mortis absolvit cum alius sacerdos non desit; sive, cum alius sit sacerdos, sibi finit quod si poenitens illi confiteatur, infamia aut scandalum inde oriturum sit, et ideo confessionem ejus excipit aut absolvit: imponitur hic inhabilitas in quocumque jubilaeo absolvendi complicem poenitentem. — § 59 et 60.

13º. Cum omnes quae tribuuntur facultates ad jubilaei consecrationem directae ac veluti ipsius praeparatio sint; clare inde sequitur illarum usui minime locum esse, nisi cum eo qui, et ad consequendum jubilaeum praeparatus sit, et certum habeat propositum adimplendi opera injuncta. — § 62.

14º. Confessarii tantum in foro sacramentali et ecclesiis designatis possunt absolvere, et vota commutare. — § 61 et 63.

15º. Tempore jubilaei vel indulgentiarum omnino imponenda est poenitentia a confessario, ne mutilum maneat sacramentum. — § 65.

16º. Nomine *partis laesae* non intelligitur judex, sed qui damnum est passus. § 66. — Et itidem declaratur non posse commutari vota in praejudicium tertii, sicut votum perseverantiae in aliqua Congregatione, quod naturam assumat contractus et reciprocae obligationis intervoventem et Congregationem.

17º. Si quis post confessionem prolabitur in lethale, debet iterum confiteri, ut ultimum opus fiat in gratia. — § 73 et 79.

18º. Opera facta in peccato valent ad lucrandum jubilaeum: modo fiant animo exhibendi honorem Deo, non autem ex fine vano; et modo ultimum opus impleatur in gratia. — § 75 et 76.

19º. Nomine *incolae* veniunt omnes qui sunt Romae, animo ibi morandi per maiorem anni partem; et omnes qui Romae alicujus muneric aut negotii causa morantur. Confessio est necessaria ad lucrandum jubilaeum, etiamsi quis habeat sola venialia. — § 72 et 77.

bus usi fuerunt Summi Pontifices in illis tradendis. Ita citata allocutio consistorialis *Jam vobis*, diei 5 Maii 1749, § 5.

20º. Pro aliis vero indulgentiis ^{b)}, si confessio praecipitur ut dispositio, non requirit confessio venialium; secus, si injungitur ut opus praescriptum. — § 78.

21º. Si quis post confessionem labatur in mortale, licet non teneatur iterare visitationes, tenetur tamen iterum confiteri. — § 79.

22º. Non est opus in visitatione basilicarum ad indulgentiam consequendam ingredi aut egredi per portas sanctas; licet hujusmodi ingressus pro opere supererogationis a estimandus sit. — § 81.

23º. Si quis ante publicationem indulti visitavit basilicas, et compleat visitationes ipso die publicationis, potest gaudere jubilaeo: modo aliam visitationem quatuor basilicarum totam illo die perficiat. — § 82.

24º. Satis est oratio vocalis: qui autem sola mente orare voluerit laudandus est, aliquam tamen vocalem orationem adjungat. — § 83.

25º. Potest quis iterum lucrari jubilaeum, si reiteret opera injuncta; verum tantum prima vice potest facultatibus gaudere. § 84. — Hoc tamen non intelligendum pro lucranda indulgentia concessa iis qui praescriptis diebus ecclesiam visitaverint; tunc enim unica tantum indulgentia acquiri potest. (*Ibid.*)

26º. In concessione facultatis absolvendi a censuris bullae Coenae non includitur facultas absolvendi ab haeresi externa. — § 85.

27º. Qui facta confessione est absolutus a censuris, et alias gratias votorum recepit, si mutat propositum implendi reliqua, manet dispensatus a votis, nec reincident in censuras. — § 86.

Hic addendum quod in constit. *Celebrationem* edita die 1 Januar. 1751, § 11 idem Benedictus XIV declaravit, facultatem prius datam monialibus et earum novitiis (in constit. *Benedictus Deus*, emanata 25 Decembr. 1750) § 4, eligendi sibi tempore jubilaei quemcumque confessarium, intelligendam esse de quolibet confessario approbatum ab Ordinario loci pro quocumque monasterio loci illius.

Facultas
eligendi
confessori
um pro
monialibus
et regulari
bus.

^{b)} Seu rectius, ut apud Benedictum XIV habetur: Quando « pro jubilaei consecratione » confessio praecipitur ut dispositio.

Denum hic notandum quod tempore jubilaei regulares possunt confessionem explore apud quemcumque sacerdotem approbatum ab Ordinario etiam saecularem; ut declaravit Gregorius XIII, et Alexander VII in constit. *Unigenitus*. Ita refert Pater Ferraris¹. — Possuntque absolvi ab illo etiam a casibus in eorum ordine reservatis.

537. - Quaeritur 1º. *An ad lucrandum jubilaeum debeant omnia opera perfici in una hebdomada?* — Ad respondendum, refert hic prius adnotare verba solita apponi in hujusmodi indultis, quae sunt: *Qui processioni interfuerint, vel ecclesias designatas visitaverint, et feria quarta, sexta ac sabbato alterius ex duabus hebdomadis jejunaverint, pariterque sua peccata confessi, et ss. communione refecti fuerint, eleemosynamque tribuerint, etc.* — Hoc positio.

Negative respondent ad quaesitum Palaus², Bonacina^{a)}; item Praepositus et Naldus, apud Renzi³; ac Rodriguez^{b)}, Sà^{b)}, Diana^{b)}, Lohner^{b)}, apud Croix^{b)}. Et Dicastillus^{b)} et Graffius^{b)}; et consen-

¹ Biblioth., v. *Approbatio*, art. 2, n. 21 et 22. — ² Tr. 24, punct. 12, § 3, n. 19. — *Praepos.*, qu. 14, dub. 10, n. 87. — *Nald.*, Sum., v. *Indulgentia*, n. 14. — ³ Cap. 2, sect. 5, qu. 1. — ⁴ Disp. 27, n. 105. — ⁵ *Suppl. sacram.*, cap. 3, n. 173. — ⁶ De Jubil., qu. 8, art. 2, n. 3. — *Ugolin.*, de Offic. et Potest.

tit Laymann^{c)}, si adsit causa. — Ratio, quia, cum dicatur in indulto opera implenda esse in altera ex duabus hebdomadis, non est cur impletio restringi debet ad unam hebdomadam.

Secunda vero sententia, cui adhaereo, affirmat. Et hanc tenent Sanchez^{d)}, Lugo^{e)} (qui contrariam falsam vocat), Sporer^{f)}, Viva^{g)} cum Ugolino, Reginaldo^{h)} et Fausto; Holzmannⁱ⁾ cum Henriquez, Gobat^{j)} et aliis passim (ut asserit); Renzi^{k)} cum Nuñez^{l)} et Sanctarello. Ratio: tum quia haec est praxis communis fidelium, ut fatetur etiam Laymann^{h)}; tum quia id patet ex verbis relatis indulti, ubi non dicitur utriusque hebdomadae, sed *alterius ex duabus*: quod importat opera implenda esse vel in prima vel in secunda hebdomada.

Et idem sentio dicendum de confessione et communione, cum Lugoⁱ⁾, Holzmann^{j)}, Renzi et aliis mox supra citatis, contra Palaum et alios auctores primae sententiae, qui dicunt quod is qui in prima hebdomada absolvisset opera praescripta, posset tamen in secunda absolv

Omnia ope
ra in una
hebdomada
perfici de
bent.

Item ve
rius, confe
sio et com
munio.

communionem ad dominicam sequentem, lucrari indulgentiam, « si cetera omnia per bullam requisita impleverit ».

^{f)} Gobat, *Quinar.*, tr. 3, cap. 28, n. 212, ita tenet de jejunis.

